SENTENTIA VOTA ET MOTIVA,

CAVSÆ BARONIARVM DE SIGVES.

IN Processu & causa in Curia Domini Iustitiæ Aragonum habito & actitato, intitulato: Processus Lamberti de Espes, super apprehensione, existente dicto processu & causa in delibera tione super diffinitiua sentẽtia tres Domini Locumtenentes admodum Illustris Domini Don Martini Baptista de la Nuça militis maiestatis Domini nostri Regis Consiliarij ac Iustitiæ Aragonum fuerunt voti & opinionis, quod tenetur & debet pronuntiare, & declarare contenta in propositione oblata pro parte tutorum, & curatorum D. Ioannis Perez de Pomar Liñan Fernandez de Heredia, princ. V. Cortes del Rey Procurat. fore & esse fienda eaque fieri mandare præstita prius cautione forali cæteris propositionibus reiectis, & repulsis, & reseruari iura reseruari supplicantibus neutram partium in expensis condemnando, cætera supplicata locum non habere, attent. conten. Ex eo, & alias recipitur propositio prædicti D. Ioannis Fernandez de Pomar, Liñan Fernandez de Heredia, princ. Val. Cortes del Rey Procu. & reijcitur propositio Egregij D. Ioannis Caroli Comitis de Fuentes, quoniam constat de legitima inclusione eiusdem: Constat siquidem Don Santium de Pomar ac Domnam Catherinam Cerdan coniuges, à quibus

ius, & causam habere dignoscitur dictus Don Ioannes Perez de Pomar tempore constitutionis maioratus, & fideicommissi, de quo litigatur, & antea Dominos & possessores fuisse Baroniarũ locorum, & bonorum in præsenti processu apprehensorum, eosdemque prædicta bona titulo donationis transtulisse in pactis nuptialibus initis inter ipsos, & Don Ludouicum de Pomar eius filium ex vna, & Domnam Alduntiam de Gurrea eius vxorem ex altera, eaque fideicommissi vinculo subiecisse, quibusdam pactis, & conditionibus adhibitis, variosque in eis substitutionum gradus constituentes, quibus clarior vocatio prædicti Don Ioannis Perez de Pomar apparere videatur. Principio namque voluerunt, quod bona omnia perpetuô vnita ac indiuisibilia permanerent, ita quod Don Ludouicus eius filius de eis disponere non possit nisi in filios suos legitimos & naturales masculos, de maiori in maiorem, ordine primogenituræ inter ipsos obseruato, eosdem filios masculos ordine prædicto ad fideicommissum inuitando, dummodo non Religiosi qui matrimonium contrahere impediantur, non furiosi, non mentecapti existant. Quo gradu substitutionis sic constituto, præfato Don Ludouico, & descendentibus, Egregiam Domnam Mariam de Pomar Ducissam de Villahermosa eius sororem, secundo loco substituerunt, sub conditione, si dictus Don Ludouicus primò institutus sine filijs aut descendentibus masculis decederet, aut eius filij, & descendentes decederent sine filijs masculis per lineam masculinam descendentibus, eidem Ducissæ post mortem eius filios ac descendentes masculos per lineam masculinam, legitimos ac de legitimo matrimonio progenitos similiter substituendo. Quibus omnibus dessicientibus præfati Don Santius de Pomar, & Domna Catherina Cerdan donantes, ac pleniùs suæ posteritati consulentes, ad tertium substitutionis gradum transcendentes in hęc verba prorupuerunt. *Y si a caso fuere, que de la dicha señora Duquesa en algun tiempo faltaren hijos varones, y descendientes de ellos varones por linea masculina legitimos, y de legitimo matrimonio procreados, y siempre que faltaren descendientes varones, ansi del dicho señor Don Luys, como de la dicha señora Duquesa, si de alguna de las otras hijas legitimas y naturales del dicho señor Don Sancho tuuiere*

hijos

hijos varones, legitimos, y de legitimo matrimonio procreados, passe la dicha succeßion de todos los dichos bienes a los tales hijos varones de dichas hijas, a saber es de la mayor dellas, y faltando de aquella en los descendientes de la siguiente; y aßi de grado en grado entre los descendientes de dichas hijas, y despues dellos a sus descendientes varones perpetuamente antes que a muger alguna, viniendo en vn solo successor, guardando orden de primogenitura con las dichas calidades arriba dichas, y señaladamente con obligacion que generalmente han de tener qualesquiere successores, de lleuar nombre y armas de Pomar, poniendolo primero que otro nombre. Qua quidem substitutione sic se habente, si pasciscentes & donantes substituendi finem fecissent, nec ad posteriorem, & quartam quæ statim sequitur substitutionẽ descendissent, profectò vocationem legitimam prædicti Don Ioannis Perez de Pomar, trinepotis Don Santij, & domnæ Catherinæ euenisset, remque clarissimam, & sine difficultate esse, verborum proprietate considerata, mentis etiam disponentium expressa voluntate attenta, neminem posse negare arbitramur. Sed cum disponentes quartum insuper substitutionis gradum addidissent, ansam & ocasionẽ præstiterunt subtilibus ingenijs, quominus eam difficilem reputantes, argumenta quoque & coniecturas conficiant, quibus veritas aliquantulum obumbrari videatur. Quarta igitur substitutionis species posteriori supra relatæ proxima sic se habet. *Y faltando, y siempre que faltaren descendientes varones por linea masculina legitimos, y de legitimo matrimonio procreados del dicho señor Don Luys, y de la Illustre señora Duquesa, y de todas sus hermanas, bueluan y peruengan dichos bienes en hijas, o descendientes dellas legitimas, y del dicho señor Don Luys perpetuamẽte en vn solo successor, guardando orden de primogenitura, y prefiriendo siempre el masculo a la fembra, guardando siempre dichas condiciones y calidades.* Quas substitutionum species siue priorem siue secundam, siue tertiam, siue posteriorem, attentè consideremus, apparebit sanè in qualibet earum pascentes, diuersam rationem & causam, qua prior á secunda, secunda à tertia, & tertia á posteriori distingueretur: vt meritò fateamur defficiẽtib⁹ filijs masculis Dõ Ludouici, & filijs masculis & descendentibus masculis ex masculis Domnæ Mariæ de Pomar, & sic prima & secunda substitutio

ne

ne, vocationem Don Ioannis Perez de Pomar Domini qui dicitur esse de Cetina euenisse, tanquam nepotem masculum Don Bernardini de Mendoça & Pomar maioris filij filiæ maioris Dō Santij, legitimum, ac de legitimo martimonio procreatum, non clericum, non Religiosum, non mente captum; sed habilem ad prædictam successionem consequendam; & ad excludendum Egregium Don Ioannem Carolum Fernandez de Heredia & Pomar Comitem de Fuentes, filium filiæ minoris Don Santij & sic remotiorem in lineam. Cum enim successio prædictorum bonorum apprehensorum semel ob defficientiam filiorum, & descendentium Don Ludouici, & Domnæ Mariæ de Pomar, ingressa fuerit lineam filiorum Domnæ Annæ de Pomar filiæ maioris Don Santij, á qua dictum Don Ioannem directo descendere, & deriuari constat in processu, sicque appareat masculum esse ac descendentem: Constetque similiter dictum Egregium Comitem filium esse filiæ minoris, & sic remotiorem & posteriorem in linea, non potuit (ex mente & voluntate disponentium) semel ibidem radicata successio ab eodem auferri, alias idoneo, nisi euidentissimè ostenderit dictus Egregius Comes, eidem etiam remotiori expresse tamen inuitato, non vero dicto Don Ioanni hæreditatem & successionem esse deferendam. Quod nequaquam ostendisse arbitramur, allegando in processu, ac probando, dictum Don Ioannem licet masculum, esse tamen ex fœmina descendentem, & sic tanquam ex radice infecta incapacem ad succedendum, cum sæpius repetita clausula masculinitatis in præcedentibus, & sequentibus substitutionibus quandoque in dispositiuis, quādoque in conditionalibus, & maxime in maioratibus, ex voluntate disponentium id efficere videatur, vt scilicet masculi ex masculis tantum non vero masculi ex fœminis inuitentur. Licet enim à doctoribus valde controuersum sit, an filiorū masculorum appellatione etiam in maioratibus, comprehendantur masculi ex fœmina descendentes, alijs nō comprehendi, alijs vero comprehendi existimantibus; alijs ex proprietate sermonis, alijs vero non ex propietate, sed per interpretationem venire attestantibus veritas tamen communisque ac receptissima Doctorum sententia est, filiorum masculorum appellatione, propriè ac

verè

verè masculos ex fœminis comprehendi vbi disponentes nō habuerunt rationem conseruandæ agnationis, vbi vero talem rationem habuerunt, non venire, (reprobata quorundā sententia qui existimarunt ex sola cōmemoratione masculorum, censeri agnationem contemplatam) quam distinctionem vt verissimam in proposito sequēdam arbitramur. Idq; singulari ratione, nam cū agnatio solum per masculos ex masculis tantum conseruetur, nō vero per masculos ex fœminis, fit inde tanquam in necessariam consequentiam, eo casu masculorum appellatione, masculos ex fœminis non contineri, non sic contingit vbi ratio conseruandæ agnationis habita non fuit; nam tunc contineri certissimum est. Et siquidem quanto præfata sententia certissima est in maioratu de quo tractamus, tanto magis certiùs est in eodem Don Santiū de Pomar, & Domnam Catherinam constituentes præfatū maioratum, nullam habuisse rationem conseruandæ agnationis, neque expressam, neque tacitam, (isto quod tacita sufficeret quod maximé dubitamus.) Namque ea ratio quæ deducitur ex vnione bonorum & perpetuitate, ex prohibitione alienationis, & quod de maiore in maiorem bona perueniant, seruato ordine primogenituræ, siue de gradu in gradum, & similibus, quæ idem sunt & sinonoma parū prodest in proposito. Item delatio nominis & armorum etiam per viam regulæ considerata, & aliæ similes coniecturæ quę fragiles à Doctoribus reputantur, minus prosunt vt à prædicta sententia recedamus: Qua constanter affirmamus, agnationē minimè fuisse in hoc fideicommisso cōsideratam, ex multis non contemnendæ authoritatis quæ ex litera deducuntur quæquè talem conseruationem abhorrent & detestantur. Primo namquè apparet in secunda substitutione, Domnam Mariam de Pomar fuisse vocatam, & huic filios sororum & filiarum Don Sātij, & tandem in defectum horum filias filiarum Dō Santij & Don Ludouici ad maioratum esse inuitatas. Ergo non solum non fuit habita ratio conseruandæ agnationis, verùm & expressè actum videtur quod maioratus is non ad agnatos dempta Don Ludouici & suorum filiorum vocatione, sed ad cognatos potius esset deferendus. Illud enim constantissimum est in iure, quod vbi fœmina inter medias substitutiones, vel in aliqua parte maioratus vocatur, & eius filij & descendentes, aut vbi omni-

no non excluditur á successione, ibidem disponentes minimè habuerunt rationem cōseruandę agnationis, cum ea per easdem nō conseruetur imo penitus extinguatur. Neque oberit si aliquis dicat disponentes quantum in se fuit, naturalem agnationem conseruasse filium Don Ludouicum instituendo, eisdemquê filios & descendentes masculos substituendo, in alijs vero artificialem ex obligatione delationis nominis & armorum de Pomar; nam licet ars naturam immitetur in aliquibus, non tamen in omnibus & per omnia, & multo minus in proposito, vbi detollendo per eā iure quæsito filijs masculis filiæ maioris Don Santij pertractatur: Est enim certissimum & à Doctoribus receptum, conseruationē agnationis ad excludendum vnum & admittendum alium, expressam esse debere, nō vero induci per præsumptiones & coniecturas, & sic per artificialem, cū enim id per fictionem quandam fiat, & fictio in prȩiuditium tertij non operetur ex legitimis sanctionibus, mirum nihil si ea in cōsideratione non sit, & vbi consideranda foret (quod nullatenus affirmamus) ea artifitialis agnatio ita per dictum Don Ioannem sicuti & per ipsum egregiū Comitem conseruabitur. Et quamuis fateamur eosdem disponētes, respectu institutionis Don Ludouici, & suorum filiorum habuisse rationem conseruandæ agnationis, non inde sequitur in alijs substitutionibus idipsum etiam voluisse, cum in eis diuersa sit ratio & ex verbis contrarium omnino appareat. Nec inconueniens est quod testator aut disponens in vna parte dispositionis eam rationem conseruandæ agnationis habuerit, in alia vero nō, prout sæpissimè Doctores attestantur. Neque huic nostræ resolutioni obstare videntur fundamēta quæ pro parte egregij Comitis de Fuentes opponuntur: ait enim quod in tota clausulæ maioratus contextura apparet, filios masculos ex masculis in conditione esse positos, siue id ad introductionē substitutionis D. Marię de Pomar, siue ad introductionē filiorum masculorū aliarū filiarum Don Santij, siue ad introductionem filiarum earundem, de qua in vltima substitutione mentio fit id cōsideremus; ac per consequens eosdē quoque masculos ex masculis in dispositiuis censeri vocatos, non vero masculos ex fœminis, ne alias absurdū & inconueniens maximum subsequatur, quod filiæ & descendē-

tes filiarum Don Santij,vocati ſub conditione ſi nulli maſculi ex maſculis extarent,tenerentur etiam expectare, ad ſucceſſionem bonorum capeſcendã,defficientiam maſculorum ex fœminis,cõtra proprietatem verborum conditionaliũ,maximè in hoc Regno in quo cartæ ſtandum eſſe ſemper aſſeueramus. Verum profectò ſi argumẽtum hoc attentè conſideretur facilè quoquè dilui poterit. Quamuis enim in clauſulæ huis maioratus contextura, appareat,in conditionalibus ſæpé repetita clauſula maſculinitatis ex maſculis,& ſignantèr ad introductionem poſterioris ſubſtitutionis, & in diſpoſitiua ſubſtitutione Dõnæ Mariæ de Pomar, non tamen inde ſequitur eandem maſculinitatem ex maſculis,in præcedentibus ſubſtitutionibus ommiſſam, intelligendam eſſe: neque per viam repetitionis,quę nihil aliud eſt quã reaſſumptio alicuius qualitatis de vna clauſula in aliam,neque per viam declarationis,vt ſic per eam dubia voluntas diſponentium explicetur, idquè ex multis cauſis in iure & ratione conſiſtentibus. Quod vt ab origine repetamus illud imprimis conſtantiſſimum eſt,qualitatem maſculinitatis in maioratibus, quid extrinſecum reputari, & non neceſſarium ad eſſentiam maioratus,cum in eis etiam fœminæ admittantur ad eius ſucceſſionem, niſi aliud de contraria voluntate conſtet, aut verbis expreſſis aut tacitè propter rationẽ conſeruandæ agnationis.At qualitates extrinſecæ nõ præſumuntur,nequé aliundè mutuãtur, ergo nequè ex præcedentibus ſubſtitutionibus mutuandæ erunt,neque ex ſequentibus, & pręſertim vbi agitur de repetenda qualitate, aduerſus diſpoſitionem iuris communis cum qua ſemper diſponentes ſeſe conformare voluiſſe, credendum eſt. Augeturque hoc fundamentum, nam quando clauſula maſculinitatis ex maſculis, non ponitur per viã regulæ ad omnes vocatos in diſpoſitione, ſed ad certas tantum perſonas & gradus, vt in noſtris hijſce pactis nuptialibus contigit, vbi omittitur pro ommiſſa habebitur, & maxime in contractibus, abſque eo quod de vna perſona,aut gradu in alia perſona, aut gradu repetatur, ex veriori & receptiori Doctorum ſententia & opinione. Ad hæc vbi quælibet ſubſtitutio de perſe ſtat,& ſuum habet eſſe perfectum repetitioni locus non eſt de vna ad aliam,niſi eadem ratio militet in vtriſque,quod in hoc fideicom

miſſo

misso non contingit, at in proposito Don Santium de Pomar diuersam in vnaquaque substitutione rationem habuisse ostendimus, & apparet ex eisdem cum Domnam Mariam filiam natu minorem, & eius descendentes maioribus filiabus prætulerit; ergo qualitas masculinitatis ex masculis in alijs substitutionibus posita, & in filijs filiarum ommissa, repetenda non erit. Quod eo fortius argumento demonstratur, quod Don Santius in priori substitutione, & dilectiore Don Ludouici filij primogeniti, cui filios eiusdem masculos substituit, qualitatem masculinitatis ex masculis subiecuit, quia voluit. Ergo idem in tertia substitutione, in qua filios masculos filiarum Don Santij substituit, & eam ommissit, dicendum erit. His tandem accedit concors Doctorum sententia existimantium, quod vbi adest statutum de stando cartę prout in nostro Regno adest, quamuis de iure controuerti, & dubitari possit, tamen eo existente indubitabile est, excludi omnem repetitionem, nisi eaque virtualiter inest taliter, quod de necessitate inferat, nam ea quæ argumentatiué, aut præsumptiué depromitur omnino reijcienda est, cum Iudex secundum quod in carta continetur expresse iudicare teneatur, prout ita in hac eadem materia, & in simili casu iudicatum, & declaratum fuisse, practici nostri attestantur, a quo etiam principio dimanasse arbitramur, quod quamuis de iure filij positi in conditione censeantur vocati, in Regno contrarium sæpissimé declaratum est, nam cum id fiat per interpretationem præsumptiuam, non vero ex vi literæ, & cartæ, ea in hoc Regno nunquã in consideratione fuit. Neque obstat in maioratibus verba illa conditionalia disponere, nam cum id de iure propter perpetuitatem inde præsumptam procedere videatur, maior perpetuitas considerabitur in nostro maioratu, si filij masculi ex fœminis inuitentur, quam si solũ masculi ex masculis contineantur. Quod si hæc qualitas masculinitatis ex masculis in hac substitutione filiorum, filiarum Don Santij ommissa non reperitur, neque ex sequentibus, quia sequentia in præcedentibus non influunt, neque ex præcedentibus, quia agitur de repetenda qualitate in re odiosa, & aduersus dispositionem iuris communis: Ergo multo minus poterunt declarari, dispositiua verba subtitutionum, & quę suum habent

habent esse perfectum, per verba conditionalia quæ se habent ad esse, & non esse; cum in non habentibus symbolum difficilis sit transitus. Nam præterquam quod conditio nihil disponit; sed potius ex voluntate & mente disponentium ponatur, ad includendum eos qui sub tali conditione vocantur, casu quo conditio extiterit, non poterit sanè contrarium effectum operari, quaqualis esset excludere alios, in alia substitutione anteriori expressè nominatos, vnde cum in præcedẽti substitutione in qua filij filiarum Don Santij ad successionem dispositiuè vocantur, claré appareat masculos ac descendentes masculos ex eis, in infinitum esse vocatos, & per consequens ex propprietate verborum masculos ex fœminis comprehendi, sicquè eosdem masculos ex fœmina; specificam & propriam habere vocationem in eadem; ergo clarissimum est, ab istis verbis dispositiuis non esse recedẽdum, nisi aliter appareat de contraria voluntate, quæ quidem in hac substitutione, neque tacitè, neque expresse colligitur ex verbis conditionalibus quorũ natura est, vt nihil ponat in esse. Neque ex eisdẽ verbis conditionalibus; talis coniectura sumenda est qua dicacamus, filios solum masculos ex masculis descendentes, fuisse in hac nostra substitutione inuitatos, cum id sanè non esset declarare, sed suplere, literam restringere, voluntatem disponentium subuertere, & verè & expressé vocatos, ab eadem successione excludere, per modos ad excludendum parum acommodatos. Ergo iure optimo fateri cogimur, in hac substitutione clausulam masculinitatis ex masculis, neque per viam repetitionis, neque per viam declarationis esse suplendam ne maior virtus sit taciti, quã expressi: Neque absurdum & inconueniens, quod ex superioribus sequeretur, ex mente & opinione Comitis, aliquid potest in proposito operari, videlicet quod filiæ & descendentes filiarum Don Santij vocati sub conditione, si nulli masculi ex masculis extarent, dictorum Don Ludouici Domnę Mariæ, & sororum; tenerentur etiam expectare deficientiam masculorum ex fœminis, contra proprietatem sensus verborum conditionalium, maximè in hoc Regno in quo cartæ, & proprietati verborum adherendum fore superius ostendimus: Essetque ait contra cartam si purificata conditione, per defectum masculorum ex masculis,

C esset

esset alius effectus spectandus. Argumentum namque hoc facile diluitur si aduertamus argumentum ab absurdo non procedere ex sententia Doctorum, vbi si procederet maius absurdum sequeretur: sequeretur autẽ maius absurdũ, si per verba conditionalia, quæ verè, & realiter non disponunt, dispositio resultaret, qua mediante ij qui propriam & veram vocationem habent, in maioratu, eadem vocatione, & dispositione priuarentur, nec is casus qui adhuc non existit, ad operandum talem effectum quasi si iam extaret, aliorum vocationem infringet. Minus igitur absurdum erit si dicamus hoc in casu substitutos, absque læsione proprietatis verborum sub duplici conditione censeri vocatos, si masculi scilicet ex masculis defecerint, ex præcissa voluntate, & sub alia si masculi ex fœminis non subsistant, ex necessaria consequentia dispositiuæ substitutionis, vt sic ampliatiuè potius quàm restrictiuè videantur inuitati. Si enim absque hac declaratione, filiæ filiarum vltimo loco substitutæ, etiam purificata ea conditione si masculi ex masculis non extarent, tenebantur etiã mortem masculorum ex fœminis expectare, quia eis etiam id impedimento erat: & quia conditionalia verba, nihil disponere videbantur, ad earum introductionem, & destructionem aliarum substitutionum: ergo hanc declarationem, sumere & litera ipsa demonstrat, & ab ea id de necessitate infertur. Nec á mente disponentium aliena existimanda erit, supposito, quod ea etiam dupli ci conditione, ampliatiuè vsi fuerunt, ijdem disponentes, ad introductionem præcedentis substitutionis, filiorum scilicet filiarum Don Santij, de quã tractamus, ibi: *Y si a caso fuere que de la dicha señora Duquesa, en algun tiempo faltaren hijos varones, y descendientes dellos varones por linea masculina, legitimos, y de legitimo matrimonio procreados. Y siempre que faltaren descendientes varones, assi del dicho señor Don Luys, como de la dicha señora Duquesa, si de algunas de las otras hijas, &c.* Ergo idem dicendum erit, ad introductionem posterioris substitutionis, vt inde merito arbitremur, ex ijs & alijs, & absurdum cessare, & proprietati verborum, & cartæ minime contradicere, ac tandem legitimæ vocationi, & substitutioni Don Ioannis Perez de Pomar Domini de Cetina, nullatenus obstare posse. Secundo pro parte Egregij Comitis sic

sic argumẽtatur, in linea & substitutione filiorum filiarum Don Santij, in qua contendentes propriam vocationem fundant, vocantur filij masculi, & eorum descendentes masculi in infinitum, non simpliciter, sed relatione habita, ad præcedentes substitutiones, ibi: *Con las dichas calidades arriba dichas*, sed in præcedentibus substitutionibus, in conditionalibus, & dispositiuis Don Ludouici, & Domnæ Mariæ respectiuè, masculos ex masculis vocauerunt; ergo idem in hac nostra substitutione, ex natura relationis, quæ propriè ac verè operatur, ac si in litera oculis corporeis legeretur, asserendum erit. Quod argumentum sicuti verissimum esse arbitramur, ac de iure procedere per viam expressi ac si in litera contineretur: ita quoque in nostro casu locum habere omnino diffitemur. Nam aut verba illa: *Con las calidades arriba dichas*, repetunt qualitatem masculinitatis tantum, & superflua esset repetitio, nulliusque momenti, quoniam eam qualitatem iam in eadem substitutione contrahentes addiderunt, & verbis expressis demonstrarunt. Aut repetunt qualitatem masculinitatis ex masculis, & hæc absurda esset, & cõtra verba disponentium ac dicentium. *Y despues dellos a sus descendientes dellos perpetuamente, antes que a muger alguna*, quibus verbis rectè perpensis, satis ex mente & voluntate substituentium colligitur, fœminas, non omnino exclusas ab ea successione censeri, sed solum masculis esse postpositas; ergo clausula illa: *Con las calidades arriba dichas*, nullam qualitatem masculinitatis repetere potuit in hoc casu, cum & menti & voluntati talis repetitio repugnare videatur, & relatio non ad incompatibilia, sed ad ea quæ compatibilia sunt facienda est, iuris principijs rectè consideratis. Item & secundo id ipsum comprobatur, alia quadam distinctione, qua Egregij Comitis intentio eliditur, & relationis effectus omnino extenuatur: Aut enim relatio illa refertur ad qualitates proximas, & in eadem substitutione immediate enarratas, aut ad qualitates lineæ Don Ludouici, aut ad qualitates lineæ Domnę Mariæ, aut ad omnes simul; & in hoc non est dare medium. Si referatur ad proximas, & in eadem substitutione immediate enarratas superflua est relatio, & inanis vt superius probaui: nec ad qualitatem masculinitatis ex masculis referri potuit, quoniam in ea substi-

substitutione talis qualitas nominata non est; ergo ad eas non refertur. Si ad lineam Don Ludouici, idipsum dicendum esse non immerito existimamus, quoniam in dispositiuis talis qualitas nó reperitur. Si insuper ad qualitates lineæ Domnæ Mariæ, constat appellatione qualitatum proprié, non sensisse de qualitate masculinitatis ex masculis; quoniam postquam Don Santius substituerat filios Domnæ Mariæ masculos per lineam masculinam, legitimos ac de legitimo matrimonio procreatos, addidit statim, *Con las mesmas condiciones y calidades, de que el que huuiere de succeder no sea ordenado de orden sacro, ni Religioso, ni mentecapto.* Ergo de qualitate masculinitatis ex masculis in dicta substitutione, saltem appellatione qualitatum nec intellexit, nec loquutus fuit Don Santius, sed discretiuam quandam speciem qualitatum constituens, quid appellatione qualitatum in tota maioratus contextura, esset intelligendum expressê demonstrauit, & expressius in sequentibus verbis, ibi: *Y si el que huuiere de succeder tuuiere las dichas calidades, o alguna dellas, aya de succeder el siguiente en grado.* Nam alias substitutionis sensus esset, succedant filij, & descendentes masculi per lineam masculinam, cum conditione & qualitate, quod sint masculi per lineam masculinam (quod esset ne dicã absurdum, sed fatuitas) ergo nec ad qualitatem masculinitatis ex masculis positam in linea Domnæ Mariæ ea relatio facienda est. Si tandem verba illa referantur ad omnes simul qualitates in omnibus lineis generaliter expressas, profecto tunc maior esset dubitatio, & obligatio diligentius scrutandi, quid qualitatum nomine comprehendatur, quod si id attentè scrutemur, apparebit sanê multo minus ad omnes simul posse fieri relationem. Quoniam eo casu referret relatio, contrarias qualitates in eodem subiecto passiuo substitutionis, nam esse debere masculũ per lineam masculinam, ad succedendum in maioratu, iuxta qualitatem lineæ Domnæ Mariæ, iuxta votum Egregij Comitis, & eundem debere esse masculum per lineam fœmininam, iuxta proprietatem verbi supra relatam, prout in linea Don Ludouici, sine dubio contraria sunt, & impossibilia; ergo neutro modo talis relatio admittenda erit. Tum quia minus conformis voluntati disponentiũ; tum etiam quia impossibilis: ergo nullo modo relatio illorum verbo-

verborum ad qualitatem masculinitatis ex masculis referenda erit. Cũ igitur res ipsa dubia satis & anceps constituatur, (quod sufficere posse videbatur ad non exclusionem prædicti Don Ioãnis) vt verba illa relatiua aliquid operentur, proprius ac verius, imo de necessitate cogimur affirmare, referenda esse ad eas qualitates impeditiuas successionis, quas etiam antea ipsi disponentes impedimẽta nuncupauerãt, quas propriè qualitates etiam in eadem dispositione esse censuerunt, quam ad alias qualitates, de quibus dubitari poterat, an de eis senserint nec ne, ad qualitates scilicet Religiosi, furiosi, & insensati, vt talibus qualitatibus prædicti, successione priuẽtur, & sequẽti in gradu statim adquiratur. Qua frasi & modo loquendi, non semel nec bis, vsi fuerunt Don Santius, & Domna Catherina in hoc maioratu etiam per viam regulæ generalis, id constituentes vt inde prout & in alijs similibus rebus dubijs certissimum sit disponentium glosam, & interpretationem, omnibus alijs esse præferendam: *Nec me in contrarium mouent, verba illa*, ibi: *Y faltando de aquella en los descendientes de la siguiẽte, y aßi de grado en grado entre los descendientes de dichas hijas.* Licet enim dictio illa etsic, sit continuatiua ad præcedentia, & significet transitum successionis, per modos supra dispositos, & cum qualitatibus antea dictis, quia tamen ea verba non sunt apposita, in transitum substitutionis Domnæ Mariæ, ad substitutiones filiorum aliarum sororum, sed in transitu substitutionis filiorum filiæ maioris ad substitutiones aliarum minorum sororum, ad propositum nihil operantur. Vnde licet repetant transitum substitutionis, à filijs filiæ maioris, ad sequentes & continuent easdem partes hęreditatis, & successionis in sequentes, & cum qualitatibus positis ingressui filiorum filiæ maioris, non tamen alias qualitates aliarum substitutionum repetere poterunt, nisi aliud constet, de voluntate contrahentium; est namque repetitio de sui natura odiosa, & sic restringenda quominus dispositioni noceat. Tertio & vltimo pro parte egregrij Comitis sic argumentatur vbi in aliqua parte testamenti aut dispositionis, vel contractus datur discretiua vocatio fœminarum, & earum descendentiũ masculorum apparet necessariò, in præcedentibus substitutionibus de masculis tantum ex masculis esse tractatum, idquè & rationi-

bus, & auctoritatibus probare contendit, sed in proposito in vltima parte maioratus, datur discretiua vocatio fœminarum, & eorum descendentium masculorum, ibi: *Y faltando, y siempre que faltaren descendientes varones por linea masculina, bueluan y peruengan dichos bienes en hijas, o descendientes dellas legitimas, y del dicho señor Don Luys perpetuamente.* Ergo in præsenti substitutione, in qua filij masculi filiarum Don Santij, & eorum descendentes masculi honorantur, ea de masculis ex masculis, non vero de masculo ex fœminis intelligenda est. Cæterum quamuis argumentum hoc subtile sit & ingenio plenum, pro quo chronide iustitiæ Egregij Comitis constituatur, facillimo tamen negotio dissoluetur, neque in nostro maioratu procedere posse demonstrabimus. Animaduertentes primo pro constanti, neque in tertia substitutione filiorum filiarum Don Santij, neque in quarta filiarum filiorum eiusdem, sorores Domnæ Mariæ, & Don Ludouici, censeri vocatas, solum enim inuitantur in vna substitutione inceptiuè, filij filiarum in alia, filiæ filiarum etiam inceptiuè, quæ licet diuersæ substitutiones sint, & distinctæ, non tamen dici possunt discretiue ad fines & effectus argumenti contrarij, idque si Doctores de hac materia pertractantes, attente considerentur clarissimum apparebit. Secundo animaduertendum est, in hijsce tertia & quarta substitutionibus supponi, ad introductionem earundem, nec Don Ludouicum, nec Domnam Mariam, nec eius filios masculos extare, idque per necessariam consequentiam. Tertio animaduertendum est verba illa: *En hijas, o descendientes dellas legitimas,* posita in vltima substitutione, non referri, neque referri posse ad filias Don Santij, neque ad ipsum Don Ludouicum, quia Domna Anna, & Domna Catherina filiæ Don Santij non fuerunt vocatæ, & filij & descendentes Don Ludouici, & Domnæ Mariȩ supponuntur non extare. Referuntur igitur necessario ad filias filiarum Don Santij, & ad filias filiarum Don Ludouici, absque eo quod aliqua tergiuersatione veritas hæc cȩlari possit. His suppositis primo respondetur, in nostro casu, considerantis prædictis, & inferius referendis, argumentum de discretiua vocatione procedere non posse: non enim valet argumentum regulariter, vocantur fœminæ in aliqua

parte

parte dispositionis: Ergo datur discretiua vocatio masculorum, & fœminarum, nam non rectè sequitur. Argumentum autem ita procederet, instituo Titium, & eius filios & descendentes, si in alia parte filias eiusdem Titij inuitauerit, clarum est in primo casu de filijs masculis tantum testatorem intellexisse, quia datur discretiua vocatio filiarum eiusdem Titij, & in his terminis Doctores omnes loquuntur, qui de discretiua vocatione tractarunt. Sic etiam in proposito contigit, nam Don Santius filios masculos suarum filiarum substituit, & filias filiarum earundem, in defectum filiorum vocauit, profectò inter hos nulla datur discretiua vocatio, quoniam quælibet de per se stat, & inceptiuè, tanquam à capite quælibet substitutio radicatur, quia in diuersa oratione, & quia quælibet à suo regitur verbo, *daretur*, autem vtrique discretiua vocatio, si institutis filijs masculis filiarum Don Santij substituerentur filiæ eorundem filiorum earundem filiarum Don Santij, at cum hic de tali vocatione filiarum, & sororum descendentium non agatur, vt supra dixi, consequens est argumentum de discretiua vocatione non posse procedere. Si igitur filijs masculis descendentibus à fœminis filiorum Domnę Annæ, & Domnæ Catherinæ, non datur vocatio aliqua, neque in tertia, iuxta intentionem partis aduersæ, neque in quarta, quoniam non descendunt á filiabus filiarum Don Santij, sed á filijs earundem filiarum. Ergo argumentum à discretiua vocatione non rectè acommodatur, omnes enim Doctores, qui tali vtuntur argumento supponunt, filios fœminarum in vna tantum parte vocationem habere debere; non in duabus, ratione superfluitatis, & absurdi vitandi, ne videantur sibi ipsis substituti actiuè, & passiuè, si in priori substitutione inuitati; in secunda quoque censerentur comprehensi, at in hoc casu inuitati non sunt in secunda, quia non descendunt à filiabus filiarum Don Santij, vt supra probauimus: Ergo necessario in priori substitutione comprehensos fore asserendum est; Ergo nec absurdum sequitur, nec superfluitas, nec quod de discretiua vocatione á Doctoribus tractatur, in nostro casu vendicat sibi locum. Secundo respondetur, sto quod argumentum de disctetiua vocatione in nostro casu procederet, sicque intelligatur, vt pars aduersa contendit, non tamen in Re-

gno procedere posse existimamus, falsumque esse contendimus, hanc quam vocant Doctores discretiuam vocationem, per viam expressi procedere, neque in mentem venit, quandoque in Regno receptam extitisse. Nam cum hæc discretiua vocatio, fiat per interpretationem, & tacitum intellectum, mentis disponentis, cum alias verba apta ad comprehendendum masculos ex masculis, & masculos ex fœminis restringat, ad solam comprehensionem masculorum ex masculis, in Regno sané procedere non potest, & vbi literam claram, & cartam expressam habemus, non est quod ad extraneas interpretationes & coniecturas recurramus. Ex quibus & alijs contenta in propositione prædicti Dõ Ioannis Perez de Pomar Domini de Cetina fore facienda existimamus, dicti Egregij Comitis propositionem reijciendo. Excluditur insuper propositio Lamberti de Espes, quia constat bona in præsenti processu apprehensa, per Don Santium Perez de Pomar, verum & indubitatum dominum in capitulis matrimonialibus innitis, inter Don Ludouicum Perez de Pomar eius filium, & Domnã Alduntiã de Gurrea, testificatis anno millesimo quingẽtesimo sexagesimo sexto, subiecta fuisse fideicõmisso, per viã maioratus, gradualis & successiui, in fauorem personarum in dictis capitulis matrimonialibus nominaturum. Cumque censuale virtute, cuius dedit suam propositionem, impositum fuerit à Domna Maria Perez de Pomar, Ducissa Villæformosæ, quæ successit in dictis bonis, virtute dictorum capitulorum. Hinc est, quod non veniat, nec sit admittenda propositio in vim dicti censualis oblata, nulla habita ratione enuntiationis factæ in dicto censuali, imponi dictum censuale, ob solutionem dotis, & augmenti Domnæ Catherinæ Cerdan, vxoris dicti Don Santij vinculantis, quia de receptione dotis non constitit, & confessio facta à domna Maria, nõ potest nocere successoribus in fideicommisso. Ex quo principio reijcitur propositio Reuerendi Ioannis Fanlo, princ. B. Lamuela, & M. Lierta Procurat. Quia post dicta pacta matrimonialia fuit similiter dictum censuale pro quo dedit propositionem ab ipsa Domna Maria Ducissa impositum. Propositio vero capituli, hæredum, & terras tenentium termini de Raual, quia etsi instrumentum obligationis, & promissionis

pro

pro quo suam dederunt propositionem factum fuerit ab ipso Don Santio ante dicta capitula matrimonialia, illud fuisse praescriptum, ex inspectione ipsiusmet instrumenti patet, nec docuerunt de legitima interruptione dictae praescriptionis; & aliàs attentis contentis.

E

VOTA
ET MOTIVA
CAUSAE BARONIARUM DE SIGUES, SUPER REVOCATIONE.

Pro Domino de Cetina.

IN Processu & causa in Curia Domini Iustitiæ Aragonum habito & actitato, intitulato: Processus Lamberti de Espes, super apprehensione, existente dicto processu & causa in deliberatione super confirmatione sententiæ de super latæ, Tres Domini Locumtenētes admodum Illustris Dñi Don Martini Baptista de la Nuça, militis maiestatis Dñi nostri Regis Consiliarij, ac Iustitiæ Aragonum fuerūt voti & opinionis, quod debet pronuntiare, & non obstante reuocatione supplicata, quæ locum non habet stare in pronuntiatis, attentis contentis, & duo Domini Locumtenentes, ex dictis Tribus fuerunt ex eisdē motiuis per eos oblatis in diffinitiua iam desuper lata, & eis addendo ex sequentibus. Et quia dictum censuale, cuius ius habet Reuerendus Ioannes Fanlo fuit impositum ab ipsa Domna Maria, sub prætextu soluendi legatum sibi ipsæ relictum ab ipso Don Santio in vim reseruationis in dictis capitulis matrimonialibus factæ consimilis, vel maioris quantitatis; nam etsi verum sit sibi ipsi Don Santium reseruasse facultatē disponendi prędicta quantitate fuit respectu certarum personarum, inter quas non cedit Domna Maria, & perconsequens censuale impositum, ob solutionem dicti legati cum non debeatur personæ cui fuit relictum meritô propositionem virtute illius oblatam fore reijciendam duximus. Alius vero Dominus Locumtenens ex dictis Tribus fuit, ex motiuis sequentibus videlicet, ex eo recipitur propositio Don Ioannis Perez de Pomar, Liñan Fernandez de Heredia; & reijcitur propositio Egregij Don Ioannis Caroli Fernandez de

E Here-

Heredia Comitis de Fuentes, quoniam constat de legitima inclusione eiusdem Don Ioannis Perez de Pomar & Liñan, apparet siquidem Don Santium de Pomar ac Domnam Catherinam Cerdan coniuges, à quibus ius & causam habere dignoscitur dictus Dõ Ioãnes Perez de Pomar tẽpore cõstitutionis maioratus, & fideicommissi, de quo litigatur; & antea dominos, & possessores fuisse Baroniarum, locorum, & bonorum, in præsenti processu apprehensorum, eosdemque prædicta bona tiulo donationis trãstulisse in pactis nuptialibus inhitis inter ipsos, & Don Ludouicum de Pomar eorum filium ex vna, & Domnam Alduntiam de Gurrea eius vxorem, ex altera, eaque fideicommissi vinculo subiecisse, quibusdam pactis, & conditionibus adhibitis variosq; in eis substitutionum gradus constituentes; quibus clara vocatio ac manifesta dicti Don Ioannis Perez de Pomar apparere videatur. Principio namque voluerunt, quod bona omnia perpetuo vnita ac indiuisibilia permanerent, ita quod Don Ludouicus eorum filius de eis disponere non posset, nisi in filios suos legitimos & naturales masculos, de maiori in maiorem, ordine primogenituræ inter ipsos obseruato, eosdem filios masculos ordine prædicto eo fideicommissum, inuitando eorumque descẽdentes masculos, dummodo non Religiosi, qui matrimonium contrahere impediantur, non furiosi, non mentecapti existerent, quo gradu substitutionis sit substituto præfato Don Ludouico, & eius descendentibus Egregiam Domnam Mariam de Pomar Ducissam de Villahermosa eius sororem secundo loco substituerunt, sub conditione si dictus Don Ludouicus primo institutus sine filijs, aut descendentibus masculis decederet, aut eius filij, & descendẽtes decederent sine filijs masculis, per lineam masculinam descendentibus eidem Ducissæ post mortem eius filios ac descendentes masculos per lineam masculinam legitimos, ac de legitimo matrimonio progenitos similiter substituendo. Quibus omnibus deficientibus præfatis don Santius de Pomar, & domna Catherina Cerdan donantes ac plenius sua posteritate consulentes, ad tertium substitutionis gradum transcendentes, in hæc verba proruperunt. *Y si caso fuere que de la dicha señora Duquesa en algun tiempo faltaren hijos varones, y descendientes dellos varones, por linea masculina*

masculina, legitimos, y de legitimo matrimonio procreados, y siempre que faltaren descendientes varones, ansi del dicho señor Don Luys, como de la dicha señora Duquesa, si de alguna de las otras hijas legitimas y naturales del dicho señor Don Sancho tuuiere hijos varones legitimos, y de legitimo matrimonio procreados; passe la successión de todos los dichos bienes à los tales hijos varones de dichas hijas a saber es, dela mayor dellas, y faltando de aquella en los descendientes de la siguiente, y assi de grado en grado entre los descendientes de dichas hijas, y despues dellos a sus descendientes varones perpetuamente, antes que à muger alguna: viniendo en vn solo successor, guardando orden de primogenitura, con las dichas calidades arriba dichas, y señaladamente con obligacion que generalmente han de tener qualesquiere successores, de lleuar nombre y armas de Pomar, poniendolo primero que otro nombre. Qua quidem substitutione sic se habente si paciscentes, & donantes substituendi finem fecissent, nec ad posteriorem, & quartam, quæ statim sequitur substitutionem decendissent profecto vocationem legitimam prædicti Don Ioannis Perez de Pomar, trinepotis Don Santij, & Domnæ Catherinæ euenisse remque clarissimam, & sine difficultate esse verborum proprietate considerata, & etiam disponentium aperta; & expressa voluntate attenta neminem posse negare arbitramur, iuxta magis communem interpretum sententiam, sed cum disponentes quartum insuper substitutionis gradum addidissent, ansam, & ocasionem præstiterunt subtilibus ingenijs, quominus eam difficilem recutantes argumẽta quoque, & coniecturas conficiant; quibus veritas aliquantulum obumbrari videatur. Quarta igitur substitutionis species posteriori supra relatæ proxima sic se habet: *Y faltando y siempre que faltaren descendientes varones por linea masculina, legitimos y de legitimo matrimonio procreados del dicho señor Don Luys, y de la Illustre señora Duquessa, y de todas sus hermanas, bueluan y peruengan dichos bienes en hijas, o descendientes dellas legitimas, y del dicho señor Don Luys, perpetuamente en vno solo successor, guardando orden de primogenitura, perfiriendo siempre el masclo a la fembra, guardando siempre dichas condiciones y calidades.* Quibus omnibus substitutionibus rectè perpensis apparebit deficientibus filijs & descendentibus masculis Don Ludouici, & Domnæ Mariæ vocationem Dõ

Ioan

Ioannis Perez de Pomar euenisse, quia ipse nepos masculus est Don Bernardini de Mendoça & Pomar, maioris filij filiæ maioris Don Santij, legitimus, ac de legitimo matrimonio procreatus, non Clericus, non Religiosus, non mentecaptus, sed habilis & idoneus ad prædictam successionem consequendam, & ad excludendum Egregium don Ioannem Carolum Fernãdez de Heredia & Pomar Comitem de Fuentes filium filiæ maioris Don Santij domnæ Catherinæ, scilicet Perez de Pomar, & sic remotiorem in linea cum enim successio prædictorum bonorum apprehensorum, semel ob deficientiam filiorum, & descendentium masculorum Dõ Ludouici, & Domnæ Mariæ de Pomar, ingressa fuerit lineam filiorum, lineam filiorum domnæ Annæ de Pomar, filiæ maioris don Santij, à qua dictum Don Ioannem Perez de Pomar directo descendere, & deribari, cõstat in processu, sicquê appareat masculum esse ac descendentem. Consterque similiter dictum Egregium Comitem filium esse filiæ minoris, & sic remotiorem, & posteriorem in linea non potuit ex mente, & voluntate disponẽtium, semel ibidem radicata successio ab eodem auferri, aliàs idoneo nisi euidentissime ostenderit dictus Egregius Comes eidem etiam remotiori, expresse tamen inuitato, non vero dicto Don Ioanni hæreditatem & successionem esse deferendam. Quod nequaquam ostendisse arbitramur, allegãdo in processu, ac prouando dictum Don Ioanem, licet masculum esse tamen ex fœminea descendẽtem, & sic tanquam ex radice infecta incapacem ad succedendum, cum sępius repetita clausula masculinitatis in præcedentibus, & sequentibus substitutionibus, quandoque in dispositiuis, quandoque in conditionalibus, & maxime in maioratibus, ex voluntate disponentium id efficere videatur, vt scilicet masculi ex masculis tantum non vero masculi ex fœminis inuitentur: Licet enim á Doctoribus valde controuersum sit, an descendentium masculorum appellatione etiam in maioratibus comprehendantur masculi ex fœmina descendentes, alijs non comprehendi, alijs vero comprehendi existimantibus, veritas tamen communisque ac receptissima Doctorum sententia, & descendentium masculorum appellatione, proprie ac vere ex propria verbi significatione, & rigore verborum masculorum ex fœmi-

fœminis comprehendi, vbi disponentes nõ habuerunt rationem conseruandæ agnationis, vbi vero talem rationem habuerunt nõ venire reprobata quorundam sententiam; quia existimarunt ex sola commemoratione masculorum censeri agnationem contemplatam, quam distinctionem, vt verissimam in proposito sequendam arbitramus, idque singulari ratione, nam cum agnatio solum per masculos, ex masculis tantum conseruetur, non vero per masculos ex fęminis fit, inde tanquam in necessariam consequentiam eo casu masculorum appellatione masculos ex fęminis non contineri non sic contingit, vbi ratio conseruandæ agnationis habita non fuit; nam tunc continere certissimum est, qua ratione vbi cartæ standum est, vt in nostro Regno indubitate veniunt descendentes ex fęminis cum pro eis vrgeat rigor, & proprietas verborum, propriaque verbi significatio quadrent enim omnia verba descendenti masculorum ex fœminis, quia est descendens, & est masculus, & siquidem quanto præfata sententia indubia est, tanto magis certius est in hoc maioratu dõ Santium de Pomar, & domnam Catherinam Cerdan coniuges constituẽtes præfatum maioratum, nullam habuisse rationem conseruandæ agnationis, neque expressam, neque tacitam, sto quod tacita sufficeret, quod maxime dubitamus, namque ea ratio quæ deducitur, ex vnione bonorum, & perpetuitate ex prohibitione alienationis, & quod de maiori in maiorem bona perueniant, seruato ordine primogenituræ prodest in proposito. Item delatio nominis & armorum etiam per viam regulæ considerata, & aliæ similes coniecturæ, quæ fragiles à Doctoribus reputantur minus proderunt, vt à prædicta sententia recedamus, qua constanter affirmamus agnationem minime fuisse in hoc fideicommisso consideratã, ex multis quę ex litera deducunturq;, quæ talem conseruationem abhorrent & detestantur. Primo namque apparet in secunda substitutione domnam Mariam de Pomar fuisse vocatam, & huic filios sororum, & filiarum don Santij, & tandem in deffectu horum filias filiarum don Santij, & don Ludouici ad maioratum esse inuitatas; ergo non fuit habita ratio conseruandæ agnationis, illud enim constantissimum est in iure, quod vbi fœmina inter medias substitutiones, vel in aliqua parte maiora-

tus vocatur, & eius filij, & descendentes, aut vbi omnino non excluditur à successione ibidem disponentes, in nomine habuerunt rationem conseruandæ ægnationis, cum ea per eosdem non conseruetur, imo penitus extinguatur. Neque oberit si aliquis dicat disponentes quantum in se fuit naturalem agnationem conseruasse filium Don Ludouicum, instituendo eidemque filios, & descendentes masculos, substituendo in alijs vero artificialem, ex obligatione delationis nominis, & armorum de Pomar; nam licet ars naturam imitetur aliquibus, non tamen in omnibus, & per omnia, & multo minus in occurrenti specie, vbi detolendo per eam iure quęsito filijs & descendentibus masculis filiæ maioris don Santij pertractatur est enim certissimum, & ab scribentibus receptum conseruationem agnationis, ad excludendum vnum, & admittendum alium expressam esse debere, non vero induci per coniecturas, & præsumptiones, & vbi consideranda foret ea artificiale agnatio, quod nullatenus affirmamus, ita per dictum Don Ioannem sequti, & per ipsum Egregium Comitem conseruabitur, & quamuis fateremur, id quod tamen expresse diffitemur eosdem disponentes respectu institutionis don Ludouici, & suorum filiorum & descendentium habuisse rationem conseruandæ agnationis, non inde sequitur in alijs substitutionibus, idipsum etiam voluisse cum in eis diuersa sit ratio, & ex verbis contrarium omnino appareat, nec inconueniens est, quod testator, aut disponens in vna parte dispositionis eam rationem conseruandæ agnationis habuerit in alia vero, non prout sępissime Doctore atestantur, neque huic nostræ resolutioni obstare videntur fundamenta quæ pro parte Egregij Comitis de Fuentes opponuntur, ait enim, quod in tota clausula maioratus contexturę apparet filios masculos ex masculis in conditione esse positos, siue ad introductionem substitutionis domnæ Mariæ de Pomar, siue ad introductionem filiorum masculorum aliarum filiarum don Santij, siue ad introductionem filiarum earundem, de qua in vltima substitutione mentio fit, id consideremus ac perconsequens eosdem quoque masculos ex masculis in dispositiuis censeri vocatos, non vero masculos ex fœminis, nec alias absurdum, & inconueniens maximum subsequatur, quod filiæ & descendentes

filiarum

filiarũ don Santij, vocati sub conditione si nulli masculi ex masculis starent, tenerentur etiam spectare ad successionem bonorum capescendam, deficientiam masculorum ex fœminis, contra proprietatem verborum conditionalium: maxime in hoc Regno, in quo cartæ standum esse semper asseueramus, verum profecto si argumentum hoc attentæ consideretur, facile quoq; dilui poterit, quamuis enim in clausulæ huius maioratus contextura appareat in conditionalibus semper repetita clausula masculinitatis ex masculis, & signanter ad introductionem posterioris substitutionis, & in dispositiua substitutione domnæ Mariæ de Pomar, non tamen inde sequitur eandem masculinitatẽ ex masculis in præcedentibus substitutionibus omissam intelligendam esse. Neque per viam repetitionis quæ nihil aliud est, quam reassumptio alicuius qualitatis, de vna clausula in aliam, neque per viam declarationis, vt sic per eam dubia voluntas disponentium, explicetur, idque ex multis causis in iure, & ratione consistentibus; quod vt ab origine repetamus illud in primis constantissimum est. Qualitatem masculinitatis in maioratibus, quid extrinsecum reputari, & non necessarium ad essentiam maioratus, cum in eis etiam fœminæ admittãtur ad eius successionem, nisi aliud de contraria voluntate constat, aut verbis expressis, aut propter rationem conseruandæ agnationis, at qualitates extrinsecæ non prę sumuntur, neque aliunde mutuantur, ergo neque ex præcedentibus substitutionibus mutandæ erunt, neque ex consequentibus, & præsertim vbi agitur de repetenda qualitate, aduersus dispositionem iuris communis, cum qua semper disponentes sese conformare voluisse credendum est, augeturque hoc fundamentum, nam quando clausula masculinitatis ex masculis nõ ponitur per viam regulæ ad omnes vocatos in dispositione, sed ad certas tantum personas & gradus, vt in nostris hisce pactis nuptialibus cõtigit, vbi omittitur omissa habebitur, & maxime in contractibus absque eo quod de vna persona, aut gradum in alia persona, aut gradum repetatur ex veriori, & receptiori Doctorum sententia, & opinione ad hæc vbi quælibet substitutio de per se stat, & suũ habet esse perfectum, repetitioni locus non est de vna ad aliam, nisi eadem ratio militet in vtrisque; quod in hoc fideicommisso

non

non contigit at in proposito don Santium de Pomar diuersam rationem in vna substitutione ad aliam habuisse apparet,ex eisdem cum domnam Mariam filiam natu minorem, & eius descẽdentibus maioribus filiabus prætulerit, ergo qualitas masculinitatis ex masculis in alijs substitutionibus posita, & in filijs filiarũ ommissa repetenda non erit,quod eo fortius argumento demonstratur ; quod don Santius in priori substitutione ; & dilectione don Ludouici filij primogeniti cui filios eiusdem masculos substituit qualitatem masculinitatis ex masculis substituit, quia voluit ergo idem in tertia substitutione,in qua filios masculos filiarum don Santij substituit , & eam ommissit dicendum erit, hijs etiam accedit concors Doctorum sententia existimatium:quod vbi ad statutum de stando cartæ , prout in nostro Regno adest quamuis de iure controuerti , & dubitari possit tamen existente indubitabile est excludi omnem repetitionem nisi eam quæ necessario,& ex a litera & carta necessario,& præcisse inferatur ; nã eaque argumentatiue,aut præsumptiue depromitur omnino reijciendo est cum iudex, secundum quod in carta continetur expresse indicare teneatur,prout ita in hac eadem materia , & in simili casu iudicatum,& declaratum fuisse practici nostri attestantur,& quidem si de qualitate masculinitatis in vna parte dispositionis: Et sic in verbis dispositiuis adiecta non sit repetitio ad aliam partem dispositionis , vbi illa qualitas ommissa repetitur. Multo minus repetitio locum non habere,poterit qualitatis appositæ in verbis conditionalibus ad verba dispositiua ; in quibus non est similitudo,nec simboleitas. Et ita ob deffectum simboleitatis,non potest repeti qualitas masculinitatis de verbis conditionalibus ad verba dispositiua, vt hæc est communis scribentium opinio in viam iuris , & de foro nostri Regni vrgentius, id procedit cum vt prædiximus repetitio ; quia standum est cartæ censetur clausula,& reiecta à quo etiam principio in Aragonensi patria secundum cartam,& literam iudicandum fore dimanasse arbitramur,quod quamuis de iure filij in conditione positi, cõcurrentibus coniecturis id suadentibus censeantur,vocati tamen in Regno, etiam si plures coniecturę stent contrarium sępissime declaratum est, scilicet filios in conditione positos non intelligi,

nec

nec censeri vocatos, & positos in conditione. Nam cum id fiat per interpretationem præsumptiuam, non vero ex vi literæ & cartæ ea in hoc Regno nunquam in consideratione fuit, quia po sitio in consideratione nunquam disponit, ex verbis, sed ex men te omnino tacita & coniecturata. Neque obstat in maioratibus verba illa conditionalis disponere. Nam cum id de iure propter perpetuitatem ex natura maioratus descendem procedere videatur, ne primogenia statim exprimerent, & deficiant maior, quidem perpetuitas, considerabitur in hoc maioratu, si verba conditionalia non disponant eo, quod tam descendentes masculi ex masculis quam etiam descendentes masculi ex fœminis vocati, & inuitati censentur ad successionem, & ea cõsideratione plenior perpetuitas maioratus oritur, quam si soli descendentes masculi ex masculis essent vocati, quo casu latitudo, & perpetuitas maio ratus restringeretur, & coangustaretur, & id esset perpetuitatem maioratus offendere, & ledere, & sic nullatenus in occurrenti spe cie conditionalia verba disponere valeant in præiuditium verborum dispositiuorum antecedentium; Ex quorum propria significatione & rigore, vi & proprietates literalis sermonis descendentes masculi ex fœminis vocati apparent; quod si hæc qualitas masculinitatis ex masculis in hac substitutione filiorum filiarum don Santij ommissa non repetitur, neque ex consequentibus, quia sequentia id præcedentia non influunt, neque ex præceden tibus, quia agitur de repetenda qualitate in re odiosa, & aduersus dispositionem iuris communis, & ob forũ huius Regno, quia standum est cartæ: ergo multo minus poterunt declarari dispositiua verba substitutionum, & quæ suum habent esse perfectum, per verba conditionalia, quæ se habent ad esse, & non esse, & quę nullam similitudinem habere, nec simboleitatem cum verbis dispositiuis, imo diuersissima sunt: & adeo inter substitutiones, & conditiones diuersa consideratur ratio, & ita ex conditione non potest pars dispositiuè interpretari, cum in non habentibus simbolum difficilis sit transitus, nam præterquam conditio nihil disponit, sed potius ex voluntate, & mente disponentium ponatur ad includendum eos qui sub tali conditione vocantur casu, quo conditio extiterit non poterit sane contrarium effectum operari,

qualis esset excludere alios in alia substitutione anteriori, in parte dispositiua contentos, comprehensos & vocatos, & ne conditio quæ regulariter censetur adiectiua in fauorem præcedentium vocatorum in eorundem odium, & perniciem retorqueatur; vnde cum in præcedenti substitutione, in qua filij filiarum don Santij ad successioné dispositiue vocantur clare appareat filios masculos ac descendentes masculos, ex eis infinitum esse vocatos, & per consequens ex proprietate verborum masculos descendentes, ex fœminis comprehendi, sicque eosdem masculos ex fœmina veram & propriam habere vocatioeem, ergo clarissimum est ab istis verbis dispositiuis non esse recedendum, nisi aliter appareat, & constet de contraria perspicua, clara, ac manifesta voluntate disponentium, quæ quidem nequaquam deduci potest, nec colligi ex verbis conditionalibus, quorum natura est, vt nihil ponant in esse, neque ex eisdem verbis conditionalibus talis coniectura sumenda est, qua dicamus solum masculus ex masculis descendentes fuisse in hac substitutione inuitatos, cum id sanè non esset declarare, sed supplere literam restringere voluntatem disponentium subertere, & vere, & expresse vocatos ab eadem successione excludere per modos ad excludendum minime acommodatos, id quod in Regno nostro, in quo literali sermoni adhærendum est, absque hæsitatione aliqua constitutissimum fore iudicamus; ergo iure optimo fateri cogimur in hac substitutione qualitatem masculinitatis ex masculis, neque per viam declarationis esse supplendã, nec addendam in parte dispositiua, in qua ommissa fuit, ne maior virtus sit taciti, quam expressi, neque absurdũ & inconueniens, quod ex superioribus sequeretur ex mente, & opinione Comitis aliquid potest in proposito operari videlicet, quod filiæ & descendentes filiarum don Santij vocati, sub conditione si nulli masculi ex masculis extarent dictorum Don Ludouici, domnæ Mariæ, & sororum tenerentur etiam expectare deficientiam masculorum ex fœminis, contra proprietatem sensus verborum conditionalium, maximé in hoc Regno, in quo cartæ & proprietati verborum adhærendum fore superius ostendimus, essetque ait contra cartã, si purificata conditione per deffectum masculorum ex masculis esset alius effectus spectandus

argu-

argumentum, namque hoc facile diluitur, si animaduertamur argumentum ab absurdo, non procedere ex sententia Doctorum, vbi si procederet maius absurdum sequeretur, sequeretur autem maius absurdum, si per verba conditionalia, quæ verè & realiter non disponunt, dispositio resultaret, qua mediante hij qui propriam & veram vocationem habent in maioratum eadem vocatione & dispositione priuarentur, nec his casus qui adhuc non existit ad operandum talem effectum, quasi si iam extaret aliorum vocationem infringet, quid quod nec absurdum aliquod profecto est, imo rectè, & verè interpretum censurę, ac traditioni assertionem consonam fore censemus, si dicamus hoc in casu substitutos, sub duplici conditione censeri vocatos, si masculi scilicet ex masculis defecerint, & sub alia si masculi ex fœminis non subsistant, ex necessaria consequentia dispositiue substitutionis præcedentis, in qua masculi ex fœminis descendentes inuitati censentur, vt sic non detrahatur aperta vocationi descendentiũ masculorum ex fœminis quæ oritur, & fluit ex verbis in dispositiua parte positis, *y despues dellos a sus descendientes varones*, attentis eorum propria vi & significatione, & similiter ne detrahatur prælationi descendentium omnium masculorum ipsis fœminis, quam inducunt verba illa dispositiua, & prælatiua, *Y despues dellos a sus descendientes varones perpetuamente, antes que muger alguna*: Nam nõ esset perpetua, & generalis ac absoluta prælatio masculorum si soli masculi ex masculis, non autem masculi ex fœminis forent ad successionem vocati, & me hercle esset si aliter diceremus restringere vim, & efficatiam illius prælationis, & ante lationis descendentium masculorum, & pariter ne detrahatur vocationi fœminarum descendentium, ex filijs masculis filiarum don Santij, quæ ex verbis prædictis in parte dispositiua collocatis in eadem clausula vocate, & inuitate apparent, id enim præsuponunt, & importans in necessariũ antecedens verba: *antes que a muger alguna*, ex vi cartæ, & literæ dispositiuę; nam illud verbum, *antes*, hoc desinat, significat, & in effectu fuit dictum antea, & prius succedant omnes descendentes masculi ex filijs filiarũ don Santij, siue descendant ex masculis, siue ex fœminis; deinde eis deficientibus succedant fœminæ, ex dictis filijs masculis filiarum don Santij descen-

descendentes: si ergo fœminæ vocatæ censentur, absque dubio est, & descendentes masculos ex fœminis vocatos & inuitatos fore, habita prælatione, & antelatione ad fœminas ipsas, si enim absque ac declaratione filiæ filiarũ vltimo loco substitute, & iam purificata ea conditione, si masculi ex masculis non extarent, tenebantur etiam mortem masculorum, & fœminis spectare, quia eis etiam impedimento erat. Et quia conditionalia verba nihil disponere videbantur ad destructionem aliarum substitutionum: ergo hanc declarationem sumere, & litera ipsa demonstrat, & ab ea id de necessitate infertur, & facit; nam licet regulariter in voluntarijs conditionibus earum implementum in forma specifica adimpleri debeat: secus tamen est si aliter de mente disponentis appareat ex literali sermone dispositiuo deducto, & in occurrenti specie manifestissime de tali voluntate disponentium, constat expressis dispositiuis verbis, declarata in præcedenti parte dispositiua, quibus vt prædiximus fuerunt inuitati ad successionẽ descendentes masculi ex fęminis, & per consequens eorum deficientiam ad introductionem vltimæ, & finalis substitutionis fore præcisse, & peremptoriæ necessaria quæ mens disponentium, ex eo etiam elicitur supposito; quod ea etiam duplici conditione ampliatiuè vsi fuerunt, idem disponentes ad introductionem præcedentis substitutionis filiorum, scilicet filiarum don Santij, ibi: *Y si caso fuere que de la dicha señora Duquesa en algun tiempo faltaren hijos varones, y descendientes dellos varones, por linea masculina, legitimos, y de legitimo matrimonio procreados, y siempre que faltaren descendientes varones, assi del dicho señor don Luys, como de la dicha señora Duquesa, si de alguna de las otras hijas, &c.* Ergo idem dicendum erit ad introductionem posterioris substitutionis, vt inde merito arbitremur, & hijs, & alijs absurdum cessare, & proprietati verborum, & cartę minime contradicere, ac tandem legitimæ vocationi, & substitutioni Don Ioannis Perez de Pomar Domini de Cetina nullatenus obstare posse. Secundo pro parte Egregij Comitis sic argumentatur in linea, & substitutione filiorum filiarum don Santij, in qua contendentes propriam vocationem fundant, vocantur filij masculi, & eorum descendentes masculi in infinitum non simpliciter, sed relatione habita ad præcedentes substi-

substitutiones, ibi: *Con las dichas calidades arriba dichas*; sed in præcedentibus substitutionibus in conditionalibus don Ludouici, & domnæ Mariæ, & dispositiuis domnæ Mariæ masculos ex masculis vocaberunt: Ergo idem in hac nostra substitutione ex natura relationis, quæ proprié ac veré operatur, ac si in litera oculis corporeis legeretur asserendum erit; quod argumentum sicut certissimum esse arbitramur, ac de iure procedere per viam expressi, ac si in litera contineretur, ita quoque in nostro casu locũ habere diffitemur, nam aut verba illa: *Con las dichas calidades arriba dichas*, repetunt qualitatem masculinitatis tantũ, & superflua esset repetitio, nulliusque momenti, quoniam eam qualitaté iam in eadem substitutione contrahentes addiderunt, & verbis expressis demonstrarunt, aut repetunt qualitatem masculinitatis ex masculis, aut repetunt qualitatem masculinitatis ex masculis, & hæc absurda esset, & contra verba disponentium ac dicentium: *y despues dellos a sus descendientes varones perpetuamente, antes que a muger alguna*. Quibus verbis recté perpensis satis, ex mente, & voluntate substituentium colligitur fœminas, non omnino exclusas ab ea successione censeri, imo vocatas ex vi literæ dispositiuæ fore, sed solum masculis esse postpositas, vt prædiximus ergo clausula illa, *Con las calidades arriba dichas*, nullam qualitaté masculinitatis repetere potuit in hoc casu, cum & menti, & volunta- ti talis repetitio repugnare videatur, & relatio non ad incompatibilia, sed ad ea, quæ compatibilia sunt facienda, ex iuris principijs recte consideratis. Item & secundo idipsum comprobatur alia quadam distinctione qua Egregij Comitis intentio eliditur, & relationis effectus omnino extenuatur, aut enim relatio illa refertur ad qualitates proximas, & in eadem substitutione inmediate enarratas, aut ad qualitates lineæ don Ludouici, aut ad qualitates lineæ domnæ Mariæ, aut ad omnes simul, & in hoc non est dare medium, si referatur ad proximas, & in eadem substitutione inmediaté enarratas, superflua est relatio, & innanis, vt superius probauimus. Nec ad qualitatem masculinitatis ex masculis referre potuit, quoniam in ea substitutione talis qualitas nominata non est; ergo ad eas non refertur, si ad lineam don Ludouici id ipsum dicendum esse, non inmerito existimamus: Quoniam

niam in dispositiuis talis qualitas non reperitur, si insuper ad qualitates lineæ domnæ Mariæ constat appellatione, qualitatum proprie non sensisse de qualitate masculinitatis ex masculis, quoniã postquam don Santius substituerat filios domnæ Mariæ masculos, per lineam masculinam legitimos, ac de legitimo matrimonio procreatos addidit statim. *Con las mismas condiciones y calidades, de que el que huuiere de succeder no sea ordenado de Orden sacro, ni Religioso, ni mentecapto.* Ergo de qualitate masculinitatis ex masculis in dicta substitutione; saltem appellatione qualitatum, nec intellexit, nec loqutus fuit don Santius, sed discretiuã, quandam speciem qualitatum constituens, quod appellatione qualitatum in tota maioratus contextura esse intelligendum expresse demonstrauit, & expressius in sequentibus verbis, ibi: *Si el que huuiere de succeder tuuiere las dichas calidades, o alguna dellas, aya de succeder el siguiente en grado.* Nam alias substitutiones sensus esset, succedant filij & descendentes masculi per lineam masculinam, cum conditione & qualitate, quod sint masculi per lineam masculinam, quod continerent absurditatem; ergo nec ad qualitaté masculinitatis ex masculis positam in linea domnæ Mariæ ea relatio facienda est: si tandem verba illa referantur ad omnes simul qualitates in omnibus lineis generaliter expressas profecto, tunc maior esset dubitatio, & obligatio diligentius ex excrutãdi, quod qualitatum nomine comprehendatur, quod si attente excrutemur apparebit, sanè multo minus ad omnes simul posse fieri relationem, quoniam eo casu referret relatio contrarius qualitates in eodem subiecto passiuo substitutionis: nam esse debere masculos per lineam masculinam ad succedendum in maioratum, iuxta qualitatum lineæ domnæ Mariȩ, iuxta votum Comitis, & eundem debere esse masculum per lineam fœmineam, iuxta proprietatem verbi supra relatam, prout in linea don Ludouici, sine dubio contraria sunt, & impossibilia; ergo neutro modo talis relatio admittenda erit. Tum quia minus conformis voluntati disponentium; tunc etiam quia impossibilis, ergo nullo modo relatio illorum verborum, ad qualitatem masculinitatis ex masculis referenda erit, cum igitur res ipsa dubia satis, & anceps constituatur. Quod sufficere posse videbatur ad nõ exclusionem prædicti

Don

Don Ioannis, vt verba illa relatiua aliquid operentur proprius ac verius, imo de necessitate cogimur affirmare referẽda esse ad eas qualitates impeditiuas successiones, quas etiam antea ipsi disponentes impedimenta nuncupauerant; quas proprie qualitates etiam in eadem dispositione esse censuerunt, quam ad alias qualitates, de quibus dubitari poterat, an de eis senserint, necne ad qualitates, scilicet Religiosi, furiosi, & insensati, vt tales qualitates habentes successione priuentur, & sequenti in gradu statim adquiratur, Qua frasi & modo loquendi non semel, nec ius vsi fuerunt don Santius & domna Catherina in hoc maioratu, etiã per viam regulæ generalis id constituentes, vt inde prout, & in alijs similibus rebus dubijs. Certissimum sit disponentiũ gossam & interpretationem omnibus alijs esse præferendam, nec nos in contrarium mouent, verba illa, ibi: *Y faltando de aquella en los descendientes de la siguiente, y assi de grado en grado en los descendientes de dichas hijas*. Licet enim dictio illa, & sic, sit continuata præcedentia, & significet transitum successionis per modos supra dispositos, & cũ qualitatibus antea dictis; quia tamen ea verba non sunt apposita in transitu substitutionis domnæ Mariæ ad substitutiones filiorum aliarum sororum, sed in transitu substitutionis filiorum filiæ maioris ad substitutionem aliarum minorum sororum ad propositum nihil operantur. Vnde licet repetant transitum substitutiones ad filijs filiæ maioris ad sequentes; & continuent easdem partes hæreditatis, & successionis in sequentes, & cum qualitatibus positis ingressui filiorum filiæ maioris, non tamen alias qualitates aliarum substitutionum repetere poterunt, nisi aliud constet de voluntate perspicua contrahentium est; nãq; repetitio de sua natura odiosa, & sic restringenda: Quominus dispositione noceat, sed prædictus Egregius Comes suum prętensum ius vlterius fore nititur, ex illis verbis, *Passe la dicha succession de todos los dichos bienes a los tales hijos varones*; quasi in illis verbis, *passe la dicha succession*, don Santius de Pomar respexerit ac modum, & formam succedendi inter descendentes domnę Mariæ Ducissę Villæformosæ constitutã, in quo infert solos descendentes masculos per lineam masculinam vocatos fore ad successionem horum bonorum verum respondetur; quod in re dubia nisi

nisi aliud dicatur, potius admodum inter descendentes don Ludouici de Pomar, positum, & formam succedendi inhibi scriptã referri debent, & non ad dispositionem factam inter descendentes domnæ Marię cum don Ludouicus fuerit primo vocatus ad successionem horum bonorum, & sui filij & descendentes masculi eidem don Ludouico substituti igitur, iuxta modum succedendi inter eos constitutum, vbi non reperitur scripta qualitas per lineam masculinam relatio fieri debet; nam sequentes substitutiones regulantur alio non docto in contrarium à prima substitutione: Quodquod supradicta verba, *Passe la dicha succeßion,* non respiciunt modum succedendi, nec ad illum referuntur, sed potius respiciunt bona ipsa, & eo respectu prolata fuerunt à disponentibus, respiciunt igitur integritatem, & vniuersitatem bonorum primogenei, & hoc indicant alia verba proxime, & inmediate sequentia, *de todos los dichos bienes*; & est idem acsi dictum fuisset transeant omnia supradicta bona in filios masculos filiarum don Santij, & eorum descendentes masculos, in quo etiam sensu fuere adiecta eadem verba in superiori parte, in qua loquti fuerant contrahentes de descendentibus don Ludouici Perez de Pomar, ibi: *Si alguno de los dichos impedimentos concurriere en la persona que huuiere de succeder la dicha succeßion, passe en el siguiente grado.* Tertio & vltimo pro parte Comitis sic argumentatur, vbi in aliqua parte testamenti, aut dispositionis, vel contractus datur discretiua vocatio fœminarum, & earum descendentium masculorum. Apparet necessario in præcedentibus substitutionibus de masculis tantum ex masculis esse tractatum, idque & rationibus, & auctoritatibus probare contendit, sed imposito in vltima parte maioratus datur discretiua vocatio fœminarum, & earum descendentium masculorum; ibi: *Y faltando, y siempre que faltaren descendientes varones por linea masculina, bueluan y peruengan dichos bienes en hijas, o descendientes dellas legitimas; y del dicho señor Don Luys, perpetuamente.* Ergo in præcedenti substitutione, in qua filij masculi filiarum don Santij, & earum descendentes masculi honorantur ea de masculis ex masculis, non vero de masculis ex fœminis intelligendum est. Cæterum argumentum hoc facilimo negotio dissoluitur animaduertentes, primo pro cõstanti, neque

in tertia substitutione filiorum filiarum Don Santij, neque in quarta filiarum, filiarum eiusdem sorores domnæ Mariæ, & don Ludouici censeri vocatas, solum enim inuitantur in vna substitutione inceptiue filij filiarum in alia vero filiæ filiarum etiam inceptiue; quæ licet diuersæ substitutiones sint, & distinctæ non tamen dici possunt discretiue ad fines, & effectus argumenti contrarij; idque si dictores de hac materia per tractantes, attente considerentur clarissimum apparebit. Secundo animaduertendum est, in hisce tertia & quarta substitutionibus supponi ad introductionem earundem, nec don Ludouicum, nec domnã Mariam, nec eorũ filios, & descendentes masculos extare, idque per necessariam consequentiam his suppositis. Primo respondetur in nostro casu consideratis prædictis, & inferius referendis argumẽtum de descretiua vocatione procedere non posse, non enim in occurrenti specie valeat argumentum regulariter vocantur fœminæ in aliqua parte dispositionis: Ergo datur discretiua vocatio masculorum, & fœminarum, nam non recte sequitur, daretur autem vtique discretiua vocatio in hoc casu, si in deffectu filiorum, & descendentium masculorum filiarum don Santij substituerentur discretiuis, & explicitiuis verbis filiæ eorundem filiorũ masculorum earundem filiarum don Santij, & descendentes filiarum eorundẽ filiorũ masculorũ filiarum don Santij, & cum hic de tali vocatione filiarum, & suorum descendentium eorundem filiorum masculorum in finali clausula non agatur consequens est, argumentum de discretiua vocatione non posse procedere. Secundo respondetur sto, quod argumentum de discretiua vocatione in præsenti casu procederet de iure, sicque intelligatur vt pars aduersa contendit, non tamen in Aragonensi Regno procedere, nec locum habere posse existimamus falsumque esse affirmamus hanc, quam vocant scribentes discretiuam vocationem per viam expressi procedere, neque in mentem venit, quandoq; in Regno receptam extitisse; nam cum ea discretiua vocatio cõiectuтam mentis inducat, & fiat per interpretationem quandam, & tacitum intellectum mentis disponentis cum alias verba apta ad comprehendendum de descendentes masculos ex masculis, & descendentes masculos ex fœminis restringat ad solam comprehensio-

hensionem descendentium masculorum per lineam masculinam in Regno sane procedere non potest, vt vbi literam clarã, & captam expressam habemus, non est cur ad extraneas interpretationes & coniecturas recurramus, & earum ocasione à propria significatione vorborum recedamus. Ex quibus contenta in propositione prædicti Don Ioannis Perez de Pomar Domini de Cetina fore fienda existimumus, dicti Egregij Comitis propositionem reijciendo. Excluditur auté propositio Lamberti de Espes, quia constat bona in præsenti processu apprehensa per don Santium Perez de Pomar, verum & indubitatum dominum, in capitulis matrimonialibus inhitis, inter don Ludouicum Perez de Pomar eius filium, & domnam Alduntiam de Gurrea, testificatis anno millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, subiecta fuisse fidei commisso per viã maioratus, gradualis & successiui, in fauorem personarum in dictis capitulis matrimonialibus nominatarum; cumque cẽsuale virtute, cuius dederit suam propositionem impositum fuerit à domna Maria Perez de Pomar Ducissæ Villæformosæ, quæ successit in dictis bonis, virtute dictorum capitulorum hinc est, quod non veniat, nec sit admittenda propositio in vim dicti censualis oblata, nulla habita ratione enuntiationis factæ in dicto censuali, impositum dictum censualem ob solutionem dotis, & augmenti domnæ Catherinæ Cerdan vxoris dicti don Santij vinculantis: Quia de receptione dotis non constitit, & confessio facta à domna Maria, non potest nocere successoribus in fideicõmisso, ex quo principio reijcitur propositio Reuerendi Ioãnis Fanlo, principalis Braulij Lamuela, & Martini de Lierta Procuratorum, quia post dicta pacta matrimonialia fuit similiter dictum censuale, pro quo dedit propositionem ab ipsa domna Maria Ducissa impositum, & quia dictum censuale cuius ius habet Reuerendus Ioannes Fanlo fuit impositum ob ipsa domna Maria, sub prætextu soluendi legatum sibi ipsæ relictum ab ipso don Santio in vim reseruationis, in dictis capitulis matrimonialibus factæ consimilis, vel maioris quantitatis; nam etsi verum sit sibi don Santium reseruasse facultatẽ disponendi de dicta quantitate fuit respectu certarum personarum, inter quas non cedit domna Maria, & per consequens censuale impositum ob solu-

tionem

tionem dicti legati, cum non debeatur personæ cui fuit relictum merito propositionem virtute illius oblatam fore reijciendum duximus. Propositio vero capituli, hæredũ, & terras tenentium termini de Rabal, quia etsi instrumẽtum obligationis, & promissionis, pro quo suam dederunt propositionem factum fuerit ab ipso don Santio ante dicta capitula matrimonialia illud fuisse perscriptum, ex inspectione ipsiusmet instrumenti patet, nec docuerunt de legitima interruptione dictæ præscriptionis, aliæ propositiones reijciuntur, & repelluntur ex motiuis desuper oblatis per dominos Locumtenentes.

VOTA
ET MOTIVA
CAVSAE BARO-
NIARVM DE SIGVES.

Pro Comite de Fuentes.

ALII vero duo dicti Domini Iustitiæ Aragonum Locumtenẽtes fuerunt voti & opinionis; quod debet pronuntiare, & mandare fieri contenta in propsitione pro patre Egregij Don Ioannis Caroli Perez de Pomar, Fernandez & Heredia, Comitis de Fuentes, princ. Hieron. de Abenia, Didac. Pilares, Domi. Adrian, & aliorum Procurator. præstita prius per eum cautione forali cæteras propositiones reijciendo, & repellendo; reseruatis iuribus reseruari supplicantibus neutram partium in expensis condemnando, cætera supplicata locum non habere, attentis contentis. Ex eo, & alias excluditur propositio Lamberti de Espes, quia constat bona in præsenti processu apprehensa per Don Santium Perez de Pomar, verum, & indubitatum Dominum in capitulis matrimonialibus innitis, & inter Don Ludouicum Perez de Pomar eius filium, & Dominam Alduntiam de Gurrea, testificatis anno millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, subiecta fuisse fideicommisso per viam maioratus gradualis, & successiui in fauorem personarum in dictis capitulis matrimonialibus nominaturum. Cumquê censuale virtute cuius dederit suam propositionem impositum fuerit à Domna Maria Perez de Pomar Ducissa Villæformosæ, quæ successit in dictis bonis virtute dictorum capitulorum. Hinc est, quod non veniat, nec sit admittenda propositio in vim dicti censualis oblata. Nulla habita ratione enun-

tiationis factæ in dicto censuali imponi dictum, censuale ob solutionem dotis, & augmēti Domnæ Catherinæ Cerdan vxoris dicti Don Santij vinculantis, quia de receptione dotis non constitit, & confessio facta à Domna Maria non potest nocere successoribus in fideicommisso. Ex quo principio reijcitur propositio Reuerendi Ioannis Fanlo princi. B. la Muela, & M. Lierta Procurator, quia post dicta pacta matrimonialia fuit similiter dictū censuale, pro quo dedit propositionem ab ipsa Domna Maria Ducissa impositum. Propositio vero capituli hæredum, & terras tenentium Termini de Raual, quia & si instrumentum obligationis, & promissionis, pro quo suam dederunt propositionem factum fuerit, ab ipso Don Santio ante dicta capitula matrimonialia, illud fuisse præscriptum ex inspectione ipsiusmet instrumenti patet, nec docuerunt de legitima interruptione dictæ præscriptionis. Ex eo autem admittitur propositio Egregij Don Ioannis Caroli Perez de Pomar, Fernandez de Heredia Comitis de Fuētes, quia in concursu cum Don Ioanne Perez de Pomar, Fernandez de Heredia Dño de Cetina, nō obstātibus contra Illū, & suā vocationem pro parte dicti don Ioannis propositis vocatū fuisse, & in fideicōmisso, & maioratum comprehensum est suæ vocationis casum euenisse patet ex sequentibus. Nam clausula ex qua vnusquisque suam deponit vocationem, sumit exordium ab illjs verbis. *Y si alguna de las otras hijas*, & clauditur in illis. *Que por qualquiere otra razon le competa.* Qubus verbis maturè perpensis vt iudicātem decet, non sub obscure, sed dilucidè apparet respectu omnium in dicta clausula contentorum factam fuisse vocationem fideicōmissariam per viam expressi successiui, & perpetui maioratus de masculo in masculum: Nihil autem magis cōtrarium potest esse ipsi perpetuitati, quam vulgaris sola substitutio quæ espirat. Primo adeunte perpetuitas enim non admittit limitationem, seu coangustationem temporis, seu personarum, & in nostro casu præter prædicta satis indicant, & vt digito demōstrant verba illa. *Faltando hijos de la primera.* Verbū enim, *faltādo*, diuersa tempora ex propria illius significatione, & ratione personarum, quibus apponitur quæ perpetuæ sunt ob maioratus perpetuitatem complectitur. Cum ergo nihil restringibile dictæ significa-

nificationi opponatur merito de quocumque tempore ante aditam, vel post adictam debet intelligi, & sic respectu filiorum, & descendentium Domnæ Catherinæ dari vocationem defficientibus filijs, & descendentibus masculis Domnæ Annæ per vulgarem, & fideicommissariam sine hæsitatione, nec dubio amplectimur, fortificatur quæ ex illo verbo, *perpetuamente*, quod vulgarem excludere per se patet. Nunquam enim visum fuit diuersam normam succedendi in filijs Domnæ Catherinæ considerare quam in filijs, & descendentibus Domnæ Annæ, cum omnes sub vnica oratione, & verbo sint vocati, si ergo respectu descendentium filiorũ Domnæ Annæ ore pleno Don Ioannes affirmat dari fideicommissariam hanc eandem per compendiosam respectu filiorum Domnæ Catherinæ, & eorum descendentium dari affirmamus. Nec turbarunt verba illa. *Y despues de ellos a sus descendientes*, post iam vocatos descendentes omnium filiorum primæ domnæ Annæ, nempe appellatione filiorum, sub qua in materia maioratus omnes descendentes in infinitum comprehenduntur aliarum vero, sub appellatione etiam filiorum, & descendentium verbis explicitis. Respondetur siquidem propensam, & enixam voluntatem præseferre, & significare prorogationis factæ vocationis, quam contrahentes duxerunt duraturam, & perpetuam fore forsam enim declarando, non solum filios primæ filiæ vocasse, sed eorum descendentes, ne in posterum, vel ex credulitate veritatis, vel imbecillitate humanitatis aliquis existimaret tantum filios primæ filiæ vocatos fuisse, nõ vero eorum posteros, & descendentes, ex quo superflua dicta verba, non possunt dici sæpe sæpius, enim maxime in materia fideicommissorum semel iam dispositum per verba inculcate, & idem importantia disponitur ad maiorem declarationem, & ad tollendam omnem superfluitatem sufficit plenius disponentem, sibi prouidere plenius autẽ, sibi ipsi consulitur per verba omnem difficultatem, seu interpretationem tollentia, maxime cum nihil, tam perspicuum sit, quod non patiatur aliquam solicitam dubitationem, & si attentè considerétur omnia verba dictæ clausulæ, quæ sic se habẽt. *Si de alguna delas otras hijas legitimas y naturales del dicho señor Dõ Sancho tuuiere hijos varones legitimos, y de legitimo matrimonio procreados, passe la*

la dicha succeßiō de todos los dichos bienes, à los tales hijos varones de dichas hijas, es asaber de la mayor dellas; Y faltando de aquella de los descendientes de la siguiente, y aßi de grado en grado entre los descendiētes de dichas hijas, subsequuntur verba turbātia hoc pūto. *Y despues dellos a sus descēdientes varones perpetuamēte, antes à muger alguna, viniendo en vn solo successor, guardando orden de primogenitura, con las dichas calidades arriba dichas, y señaladamente con calidad y obligacion que generalmente han de tener qualesquiere en el presente vinculo successores, de lleuar el nombre y armas de Pomar, pusiendolo y nombrādolo primero que otro nombre y armas, que por otra qualqiiiere razon les competa*, inueniemus de facili verba illa. *Y despues dellos a sus descendientes*, non esse subnectenda, nec legenda post illa. *Aßi de grado en grado entre los descendientes de dichas hijas.* Quibus re vera, attento ordine scripturæ subnectuntur, sed debemus ordinem intellectus, & congrui sermonis attendere, & legere illa verba immediatè, post verba illa: *a saber es de la mayor dellas.* Lectura itaque dispositio, & situatio verborum sic se habebit. *Passe la dicha succeßion de todos los dichos bienes a los tales hijos varones de dichas hijas, es a saber de la mayor dellas, y despues dellos a sus descendientes varones; y faltando de aquella en los descendientes de la siguiente: y aßi de grado en grado entre los descendientes de dichas hijas perpetuamente, antes que a muger alguna, viniendo en vn solo successor, &c.* Ex qua lectura verba postponuntur, non vero mutatur sensus licitū autem est in iure, & à nostratibus vsitatum sæpe sæpius ad eliciēdum congruum sensum alicuius scripturæ, & dispositionis verba anteponere, vel postponere dummodo nullum verbum detrahatur, vel addatur, in hac autem nostra lectura, nec apex detrahitur, nec additur, & tollitur omnis dubitandi ocasio, & omnis superfluitas, quia discretiuè in hoc sensu, & lectura loquutus fuit de filijs, & discretiuè de descendentibus, ibi; *y despues de ellos*, idest filios, *a sus descendientes*, idest dictorum filiorum, & ex supradicta lectura tollitur omnis repugnantia, sicque considerari possit in hac, itaq; clausula in qua remanet satis probatū adesse fideicommissariam substitutionem per compendiosam inter omnes filios & descendentes domnæ Annæ, & domnæ Catherinæ, & aliarum filiarum don Santij, verbis illius personis vocatis conditio-

nibus

nibus, & qualitatibus, sub quibus sunt vocatę attentè considera-
tis euenisse per obitum don Bernardini iunioris casum substitu-
tionis, & vocationis don Ioannis Caroli Perez de Pomar Fernan
dez de Heredia Comitis de Fuentes qui tanquam filius domnæ
Catherinæ nepos don Santij particulari vocatione fuit vocatus,
non obstante existentia don Ioannis Perez de Pomar Fernandez
de Heredia Domini loci de Cetina, cuius vocationem in alium
euentum fore expectandam existimamus mirificè depromitur,
præter significationem verbi: *Passe la dicha succeßion*, respectu
filiorum & descendentium primæ filiæ, & verbi, *y aßi de grado en
grado*, respectu descendetium aliarum sororum. De quorum ver-
borum natura & propria significatione est cōtinuare modum, &
normam succedendi facta in anterioribus dispositionibus, ex illis
verbis: *Con las dichas calidades arriba dichas*, quæ comprehensi-
ua & relatiua sunt omnium qualitatum in superioribus existen-
tium; & requisitarum cumque in linea domnæ Mariæ ob deffe-
ctum masculorum ex masculis inuitati sunt filij, & descendentes
masculi domnæ Annę, & domnæ Catherinæ, & cæterarū sororū
expressissimis, & claris verbis in parte dispositiua requiratur qua-
litas masculinitatis ex masculinitate hæc eadem vi dictæ clausu-
læ relatiuæ legitur oculis corporeis in hac nostra dispositione, ac
si de verbo ad verbum scripta esset. Cumque Don Ioannis, etsi
masculus descendens a domna Anna sit non tamen ex masculo
est filius Domnæ Sperantię neptis ipsius domnę Annę. Ideo in
alium casum & euentum disputandum erit de sua inclusione, &
vocatione, etsi sufficienter remanebat probatum verba illa rela-
tiua comprehendere qualitatem masculinitatis ex masculinitate,
cum hęc reperiatur in linea domnę Mariæ, quę proxima & im-
mediata nostræ clausulę relatiuæ est, adhuc ex abundanti hanc
eandem qualitatem requisitam fuisse in dispositione descenden-
tium filiorum don Ludouici primi instituti non dubitamus, quā-
uis enim solis verbis institutionis, seu dispositionis don Ludouici
filiorum & descendentium eiusdem consideratis multas, & non
contemnendas difficultates patiatur, an appellatione descenden
tium masculorum comprehendantur omnes descendentes ma-
culi, an tantum masculi ex masculis quas non intendimus, nec

opus

opus est in præsenti discutere verbis tamen conditionalibus, statim post dictam dispositionem subsequentibus animaduertis quibus cauetur finitis masculis ex masculis descendentibus à dō Ludouico bona ad domnam Mariam filiam dicti don Santij debere peruenire considerata insuper digressione a linea don Ludouici magis dilecta ad lineam domnę Mariæ minus dilectam ob deffectum masculorum ex masculis, considerataque clausula conditionali finali, & dispositione in ea facta, & mente disponentis, quam ex verbis, & totius dispositionis contextura tenemur inuestigare quasi coacti impellimur per necessarium quoddam antecedens ad affirmandum in illa dispositione don Ludouici, & sororum descendentium masculorum masculos, tantùm ex masculis comprehendi alioquin enim daremus casum, in quo finitis masculis ex masculis don Ludouici suspendendam foret successionem domnæ Marię, & suorum descendentium donec masculini indistinctè descendentes a don Ludouico superessent. Nam regula est in substitutionibus plurium graduum ad sequentem bona non peruenire, nisi finitis, & extinctis omnibus in primo gradu vocatis, quod esset contra literalem sensum, & expressam claram & notoriam voluntatem dicti disponentis, qui voluit in dictum euentum deficientiæ masculorum ex masculis inuitari ad actualem & realem dicti maioratus successionem domnam Mariam, & eius filios, & eorum descendentes masculos ex masculis. Si enim mors omnium masculorum descendentium a don Ludouico esset expectanda, non esset domna Maria vocata ad dictum maioratum eo in casu, in quo descendentes masculi ex masculis defecerint contra naturalem significationem verbi, *en tal caso*, quod idem importat ac si dixisset illico alio non expectato finitis masculis ex masculis succedat domna Maria, dictionē enim hanc denotare extremitatem temporis iuris interpretes docuerunt, quæ dictio declaratiua & restrictiua est declarans procuIdubio, & ad oculum demonstrans casum & mentem, disponentis limitatam esse in illum euentum, & in illum substitutionē admittere, & ad illam extremitatem temporis restringere. Ne itaque mentem nec verba leuamus fateri cogimur in prima dispositione lineæ don Lodouici tantū masculos ex masculis fuisse

voca-

vocatos contraria,& ex eo incompatibilia hæc sunt masculi descendentes indistinctè à don Ludouico sunt in perpetuum; & de maiori in maiorem vocati, & finitis masculis ex masculis Don Ludouici hoc in casu succedat domna Maria, necesse enim est ab vno horum discedamus,quia casus sunt omnino dissimiles,& contrarij,& vnus sub alio non includitur discedere autem ab vltimo periculosissimum cum expressé,& claris verbis legatur mens testatoris iubens finitis masculis ex masculis,*en tal caso*;quæ verba sunt notanda,quia stare debemus cartę domnam Mariam ad successionem inuitari sine læsione. Igitur literæ,& mentis disponentis ex litera clarè & apertè resultantis discedere non possumus: vt igitur & repugnantia, & contrarietas tollatur dicendum est,cum verbum masculi descendentes. Tum quia genericum, tum ex verbis totius nostræ clausulæ æquiuocum secundum varias Doctorum opiniones sit aptum cõprehendere omnes masculos indistinctè, & tantum masculos ex masculis aptitudinem illam in nostro casu cohartatam ex mente, & litera disponentis fuisse ad masculos ex masculis dicimus, vbicumq; enim repugnantia datur,prout datur in nostro casu dato, quod ex propria significatione verbi descendentes masculi comprehendantur agnati & cognati,quod ne super alijs litibus iudicium interponamus. Nunc descidere non oportet ad euitandam contrarietatem esset dictum verbum impropriandum, vt aliàs literam expressam, & notoriam conseruemus,in quo nihil contra literam, sed secundũ literam facimus,& si cum nostro Philosopho loquamur,non erit impropriare dictum verbum, nec illius significationem restringere,nec detrahere suæ generalitati, sed excludere, seu impedire inclusionem,quam aliás attenta generalitate,& aptitudine verbi poterat habere, quæ vt ipsemet dicit subtilia sunt, verba tamen nos existimamus in nostro autem casu attenta tota clausula, & omnibus dispositionibus in ea contentis,non tã subtile erit, quia non erit excludere, sed differre inclusionem in illa generalitate verborum inhærentem casu quo ex sua generalitate omnes comprehendantur in alium casum finitis, nempe masculis ex masculis descendentibus à don Ludouico,domna Maria,& cęteris sororibus. Hæc enim omnia, & si inferius hic scripsisse iuuabunt

L super-

superflua profecto sunt ad punctum, nempe quod vi verborum relatiuorum : *Con dichas calidades arriba dichas* : Legatur oculis corporeis in hac nostra dispositione qualitas masculinitatis ex masculo, nam quidquid sit de prima dispositione, & dato quod in illa non requiriretur hæc qualitas sufficit Comiti illam repetiri in antecedenti dispositione, vt adsit subiectum ad quod fiat relatio. Cum ergo don Ioannes etsi masculus sit, non tamen ex masculo sua exiltentia cũ ei defficiat qualitas masculinitatis ex masculo nihil nocet Comiti, qui masculus est filius domnæ Catherinç particulari vocatione vocatus, & principium lineæ masculorum ex masculis, ex quo habetur ac si ex masculo esset, hoc argumentum desumptum ex dictis verbis relatiuis præmit præmuit quæ semper. Nec illud euadunt dicentes verba illa relatiua: *Con las dichas calidades arriba dichas*, non ad omnes qualitates lineæ domnæ Mariæ esse referenda, sed tantùm ad illas quas testator nomine qualitatum appellauit, & nominauit, cum nulla melior interpretatio desumi possit, quam ab ipsomet disponente qui in linea domnæ Mariæ in hæc prorupuit verba: *Con las mismas condiciones y calidades, que el que huuiere de succeder no sea ordenado de orden sacro, ni Religioso, sino fuere de orden y milicia que pueda contraher matrimonio, ni mentecapto, ni insensato, y si el que huuiere de succeder tuuiere las dichas calidades, o alguna dellas, aya de succeder el siguiente en grado.* Si ergo disponens has appellauit qualitates de ijs tantùm intelligenda erunt verba illa relatiua, *Con las dichas calidades arriba dichas.* Non vero de alijs quamuis re ipsa sint qualitates: Respondetur hoc argumentum desumptum ab vsu, & solito loquendi modo disponentis bené procederet, sic arguẽdo disponens has appellauit qualitates. Ergo in parte, seu partibus in quibus erunt verba relatiua: *Con dichas calidades arriba dichas*, comprehenduntur que à disponéte habitæ & nominatæ sunt qualitates, quamuis a parte rei qualitates non sint procederet in quam hoc arguendi genus, non tamen illud quod pars don Ioannis facit, nempe has disponens appellauit qualitates nomine. Ergo in clausula relatiua: *Con las dichas calidades arriba dichas*, quæ ex sui natura & generalitate omnes indistinctè comprehendit tantùm, comprehenduntur quæ á disponente fuerunt nomine quali-

qualitatum nominate exclusis alijs qualitatibus in dispositione antecedenti expressatis, quę veræ & rei ipsa qualitates sunt; etsi non hoc nomine nuncupatæ, hoc non potuit capere intellectus nöster capiat, qui meliori ingenio voluntate disponentium perscrutatur, nam ea est natura relationis simpliciter & absolutè, vt ea omnia ad quæ fieri potest relatio comprehendat absque aliqua restrictione, & melius in Aragonia cum nihil magis contrarium literæ, quam restrictio. Præterea si ad illas tantum qualitates, quas Don Ioannes conatur fore referenda verba illa relatiua sunt referenda in descendentibus filiorum domnæ Annæ, & domnæ Catherinæ, non requiritur qualitas legitimitatis, quod quàm sit absurdum ex lectura totius clausulæ, & vocatione aliarũ linearum quisque consideret vlterius si modus loquendi est, attendendus aduertamus vsum loquendi, ibi. *Y si el que huuiere de succeder tuuiere las dichas calidades, o alguna dellas, aya de succeder el siguiente en grado*, sensus horum verborum est qui habuerit qualitatem sacri ordinis, Religiosi, mentecapti, vel insensati, non succedat, Presbyterium siue sacros ordines Religionem insaniam quæ appellauit qualitates. Ergo quotiescumque disponens relatiuè se referat affirmatiuè ad istas qualitates debet, in illa relatione includi sacer, ordo, Religio, & insania: Ergo clausula illa relatiua: *Con las dichas calidades arriba dichas*, quæ affirmatiua est, quia dictio, cum qualitatibus copulat illas subiecto, & cum illo coniungit non poterit referri, tantum ad illas quas in linea Domnæ Mariæ in sensu affirmatiuo appellauit qualitates patet, ex verbis antecedentibus ad clausulam: *Con dichas qualidades arriba dichas*, & ex subsequentibus constat disponentem tractare de qualitatibus habilitantibus, seu includentibus personas nominatas ad successionem. Dixit enim in antecedentibus: *A sus descendientes varones perpetuamente, antes que a muger alguna, viniendo en vn solo successor, guardando orden de primogenitura: Con las dichas calidades arriba dichas*, & subsequentur verba: *Y señaladamente con calidad y obligacion que han de tener qualesquiere que succedieren en el presente vinculo, de lleuar nombre y armas.* Si ergo clausula, *con las dichas calidades arriba dichas*, quæ affirmatiuè loquitur est intelligenda, secundum vsum loquendi testatoris erit succedat dicere masculus vnus primogenitus

nitus sacris ordinibus initiatus, Religiosus, mētecaptus, cum obligatione ferendi nomen & arma, & sic vnus, & idem modus loquendi induceret dissimiles, & contrarios effectus, si ad dictas qualitates quas proponit Don Ioannes tantum forent referenda verba: *Con dichas calidades*, debebat dicere, *A sus descendientes varones, viniendo en vn solo successor, guardando orden de primogenitura, con que no tenga las dichas calidades*. Nec in consideratione venit consideratio à geminatione verbi, *dichas*, desumpta quia omnia quæ comprehensa erant in prima parte dictæ clausulæ relatiuæ, *con dichas calidades*, nempe hæc eadem fuerunt comprehensa in verbis subsequentibus, *arriba dichas*, geminatio enim sinonimorum, nec restringunt, nec augent significatum, sed veniunt ad expressius significandum, id quod semel fierat expressum, ex quibus satis dilucidê apparet qualitatem masculinitatis ex masculo requiri in nostro successore, quod fortificabitur, & argumentum à radice (vt aiunt) scindetur si animaduertamus in linea don Ludouici, postquam expressit futurum successorem, non fore sacris ordinibus initia, tum Religiosum, nec mentecaptum, absque expressione verbi, *calidades*. Hæc adiecit verba: *Que en tal caso, si alguno de los dichos impedimentos concurriere en la persona que huuiere de succeder la dicha succeßion, passe al siguiente*. Ex quibus verbis apparet, quas in linea domnæ Mariæ in vna parte, *condiciones y calidades*, & in alia *calidades*, tantum appellauit in alia parte impedimenta, quem ergo vsum solitum, & modum vniformem loquendi reperimus in disponente si in vna parte, impedimentos, in alia *condiciones y calidades*, in alia *calidades*, tantum appellauit, vt ex illo tanquam vnico & præcipuo fundamenro excludamus à clausula relatiua generali, alias qualitates supra à disponente requisitas nullum profecto includuntur. Ergo in hac clausula relatiua omnes qualitates supra requisitæ indistinctæ, tamq; à disponente qualitatum nomine appellatæ, & nominatæ sunt quamq; realiter & re ipsa qualitates dignoscuntur, interquas masculinitatis ex masculinitate reperitur, quam qualitatem esse nemo ausus fuit dubitare, congrua tamen congruis referendo, quibus verbis sicut nebula, vento, sole, obscuritas subterfugiunt deluitur, quoddam argumentum desumptum ex illis verbis, *antes que a muger alguna*.

Argu-

Argumentum est quando proferuntur verba relatiua, *con las dichas calidades arriba dichas*, iam sunt vocatæ fœminæ, dixit enim disponens, *antes que a muger alguna.* Ergo non potuerunt verba illa ad qualitatem masculinitatis ex masculinitate referri cum impossibile sit in mulieribus, nec eorum descendentibus verificari; quamuis ex illis verbis, congrua congruis referendo argumentũ diluatur cum relatio semper sit congrua congruis adæquata adæquatis, & singula singulis referendo non est verum dicere fœminas, in dicta clausula contentiosa vocatas fuisse, nec dabitur verbum, ex quo hæc vocatio elijci possit, vel ostendant nobis expeditior referit verba excludentia inuenire, quia omnia ea quæ in hac clausula disponunt restringuntur ad masculos tantùm. Præterea si ex eo quod qualitas masculinitatis ex masculo non conuenit omnibus, non venit ista in consideratione, nec illæ venient qualitates ad quas Don Ioannes conatur fieri relationem, quia mulieribus non conuenit Presbyterium, sacer, ordo, nec possunt cingulo militari insigniri, nec superflua dici possunt verba: *Antes que a muger alguna*, prolata enima fuerunt, secundum quod dispo nentes in mente habebant. Erat enim intentio in clausula finali fœminas & descendentes masculos ab ipso don Ludouico, domna Maria, & cæteris sororibus per lineam fœmininã vocare prout fecit, sed sto, quod hæc qualitas ex vi relationis, non esset in nostra clausula dicta, & expressata adhuc ex verbis conditionalibus in finali clausula appositis, nempe: *Y faltando, y siempre que faltaren descendientes varones por linea masculina*, debemus intelligere dispositionem factam in fauorem filiorum masculorum domnæ Ioannæ, domnæ Catherinæ, & cæterarum sororum factam fuisse cum illa qualitate masculinitatis ex masculinitate. Ad cuius comprobationem repetendæ hic sunt omnes rationes supra tactæ, quibus probauimus in linea don Ludouici vocatos fuisse masculos ex masculis. Addentes, vt clarior hæc nostra sententia efficiatur, nihil nos potuisse mouere doctrinas, per quas conatum fuit dispositiua non declarari à conditionalibus, nec termini generales restringi à particularibus. Nam si attentè considerentur inueniremus, vel quod termini particulares in conditione, vel in alia parte dispositionis positi, non includuntur in dispositione termini generalis,

neralis, ſed ille terminus particularis quid extrinſecum eſſe; vel terminum particularem ſubſequentem, non impedire curſum vocationis termini generalis, vt quando aliquod relictum eſt omnibus deſcendentibus ex linea maſculina, & ſi iſti deſcenderent ſine maſculis, vocatur Cænobium Diui Franciſci id clarum eſt cōditionem ſi ſine maſculis non limitare diſpoſitionem illam generalem factam in fauorem deſcendentiū ex linea maſculina. Tum quia maſculi poſiti in conditione, non omnes ſunt incluſi in vocatione, quia deſcendentes maſculi ex fœminis quę ex linea maſculina dicuntur deriuari non ſunt comprehenſi, ſub illa diſpoſitionē generali, nempe deſcendētibus ex linea maſculina, ex quo etiam dici poterit aliquo reſpectu maſculi in conditione poſiti, non terminum particularem. Imo generaliorem eſſe, quia plures maſculos comprehendit, quam erant comprehenſi in diſpoſitione comprehendit enim maſculos ex fœminis qui cum non ſint ex linea maſculina non erant comprehenſi in vocatione, & certo certius eſt, quod conditio illa ſi iſti deceſſerint ſine maſculis, & ſic terminus iſte particularis non impedit curſum inſtitutionis termini generalis deſcendentium ex linea maſculina, quia benè ſtat omnes deſcendentes ex linea maſculina, & per conſequens mulieres deſcendentes ex maſculo ſuccedere, & ſi iſti omnes deſcendentes decederint ſine maſculis Cænobium Diui Franciſci ſuccedere: Non ſic in noſtro caſu quia terminus ſpecialis, nempe maſculus ex maſculo includitur in illa generali diſpoſitione maſculorum deſcendentium, etiam ſi ex vi verbi comprehendantur omnes maſculi indiſtinctè, quia etiam maſculus ex maſculo maſculus deſcendens eſt, & impedit noſter terminus particularis curſum vocationis termini generalis, quia ſi deficiente termino particulari maſculis, nempe ex maſculis bona ad alium gradum tranſire debent, impedit diſpoſitionem reſpectu cæterorū maſculorum, vt ſupra eſt demonſtratum, vel inueniemus procul dubio dictas doctrinas in terminis diſparibus, quibus verſamur loqui, & termini communes cum particularibus, & è contra ſe compatiuntur, & vt inter doctrinas, lepram & lepra, & ſanguinem à ſanguine diſtinguamus, oportet animaduertere maſculos ex maſculis in conditionalibus verbis poſitos, non ſolum poſitos fuiſſe ad ex-

cluden-

cludendum, sed ad faciendam dispositionem ad illos includendum. Nam ex eo solum quod fuerunt positi in conditione, quãuis non essent inclusi & vocati in dispositione erant vocati, quia quidquid sit in alijs in materia autem maioratus positi in conditione vocati sunt masculi. Itaque ex masculis sunt vocati, quia comprehenduntur sub generali vocatione masculorum descendentium, & particulari vocatione, quia particulariter & specialiter sunt positi in conditione. Ex quo præterquod, respondetur aliquibus doctrinis multa poterant elijci in confirmationem nostræ sententiæ quæ consultó ommittimus: Et ipsimet Doctores hanc nostram sententiam, & pro ista nostra decisione sunt, dum dicunt à propria verborum significatione non licere recedere, nisi contraria esset voluntas disponentis, de qua in nostro casu satis, vt supra est dictum constat. Vlterius præter supradicta fulcitur sententia nostra, nostra ex discretiua vocatione descendentium masculorum per lineam fœmininam, facta in vltima clausula in defectum omnium masculorum ex masculis, tam dicti don Ludouici, quàm cæterarum sororum, cuius clausulæ tenor talis est. *Y faltando, y siepre que faltaren descendientes varones por linea masculina legitimos, y de legitimo matrimonio procreados del dicho señor dõ Luys, y de la Illustrißima señora Duquesa, y de todas sus hermanas, bueluan y peruengan dichos bienes en hijas, o descendientes dellas legitimas, & del dicho señor don Luys perpetuamente en vn solo successor, guardando orden de primogenitura, y prefiriendo siempre el masclo a la hembra, guardando siempre dichas condiciones y calidades.* Si ergo discretiuè fuerunt vocati descendentes masculi per lineam fœmininã non erant isti comprehensi, sub generica vocatione masculorum descendentium, ex receptissima omnium sententia asserentium discretiuam vocationem alicuius speciei facere illam speciem à suo genere alienam, & quod sub illo non includatur, factam vero fuisse discretiuam vocationem masculorum descendentium ex fœminis: patet ex verbis dictæ clausulæ, *En hijas, o descendientes dellas legitimas, y del dicho señor don Luys, prefiriendo siempre el masclo a la hembra.* Ex quibus patet descendentes á don Ludouico, domna Maria, domna Anna, & domna Catherina descendentes ex fœminis fuisse vocatos. Nec obstat in præsenti

non

non dari vocationem masculorum descendentium, & casu quo detur non esse masculorum descendentium a Don Ludouico, Domna Maria, & cæteris sororibus inceptiué, sed masculorum descendentium á filiabus dicti don Ludouici, domnæ Mariæ, & cæterarum sororum qui masculi non fuerunt comprehensi in superioribus dispositionibus, quia in illis sermo tantum habitus fuit de descendentibus masculis à filijs masculis filiorum masculorũ Don Ludouici, domnæ Mariæ, & cæterarum sororũ, & per consequens cum isti masculi non sint comprehensi, sub illa generalitate verbi descendentium masculorum, non discretiuam vocationem speciei, sub genere comprehensę, sed diuersam à toto genere, & suis speciebus vocationem esse dicendum est, in qua diffi cultate duo sunt consideranda. Primo, an in hac clausula detur vocatio masculorum, & in casu quo detur á quibus incipiant isti masculi, an ab ipsis filiabus don Ludouici, domnæ Mariæ, & cæterarum sororum: An vero ab ipso don Ludouico, domna Maria, & cæteris sororibus his declaratis elijcietur verus sensus huius substitutionis imprimis, itaque asserimus descendentes masculorum fuisse vocatos, quod satis indicat verbum descendentes: & insuper verbum, *prefiriendo siempre el masclo a la hembra*, data vo catione descendentium masculorum dicimus, hos masculos descendentes esse descendentes à don Ludouico, domna Maria, & cæteris sororibus, non vero à filiabus supradictorum inceptiuè ab ipsis quamuis comprehendantur etiam descendentes masculi ab ipsis filiabus, quod probatur ex illis verbis, *En hijas, o descendientes de ellas legitimas, è del dicho señor don Luys.* Filiæ autem adiectiuantur cum illo adiectiuo, *de ellas*, idest domnæ Mariæ, & cæterarum sororum, & hoc eodem adiectiuo adiectiuatur, seu qualificatur verbum descendentes, & sic est sensus; *En hijas, o descendientes de doña Maria, y sus hermanas, y del dicho señor don Luys:* Erudito profectó, & compendioso sermone vsus fuit disponens: nam cum clausula finali finiretur sic: *Y de la Illustrißima señora Duquesa, y de todas sus hermanas*: vnico verbo, *de ellas*, népe quod comprehendit omnes filias, denotauit quarum filias, & quarum descendentes vocabat, & quia vocabat etiam filias & descendentes don Ludouici adiecit verba, *Et del dicho señor don Luys*, causa enim

enim breuioris sermonis don Ludouicum positum primo loco in clausula conditionali posuit in vltimo loco in hac parte diximus causa breuioris sermonis, quia cum immediatè sermonem fecisset de domna Maria,& suis sororibus,nominando illas, illo verbo relatiuo, *de ellas*; vnico verbo se expediuit à reiteratione, *de la Illustrißima señora Duquesa,y de todas sus hermanas*,necessario itaque nisi suppleamus literas,vel detrahamus dicendum est verbum,*de ellas*, determinare verbum filias, & verbum descendentes,& si hoc ita non est,dicant nobis si non sunt filiæ Ducisæ, & suarum sororum, & dicti don Ludouici, cuius erunt istæ filiæ? nullius profecto:& si conuicti hoc argumento dicant adiectiuari verbum,*en hijas*,illo adiectiuo, *de ellas*, & referri ad Ducisam, & suas sorores descendentes vero non sic, sed intelligendum esse de descendentibus ab ipsis filiabus impossibile est, nisi addamus, *o descendientes de dichas hijas*,si addere licet,licebit quoque de nouo super bonis defunctorum disponere. Si ergo sine supletione, nec detractione verborum, sed vt iacent datur congruus sensus, & seruant iuris præcepta,cur quæso quærere debemus interpretationes,in quibus iuris regulæ periclitantur,periclitantur inquam illa,quod vna determinatio respiciens plura determinabilia vniformiter determinet,& correctionem iuris, daremus nam si admittimus tantum filias don Santij,& domnæ Mariæ, & cæterarũ sororum,& descendentes harum filiarum,tam masculi, quam fœminæ,cum prę́latione tamen excludimus filias descendentes à filijs masculis don Ludouici,domnæ Mariæ, & sororũ, quod cum sit contra ius,quod omnes admittit in re saltem dubia non debemus interpretationem assumere,per quam istæ excludantur à successione: interpretatio enim,& sensus noster præterquam, quod ex litera elijcitur conformis est dispositioni iuris communis contra quam nisi constet clarè de mente disponentis non est interpretandum,nec præbeat ocasionem verbum illud,*legitimas*,nam mirificam consonantiam facit cum verbo,*de ellas*,& vtrumque verbum refertur ad domnam Mariam, & eius cæteras sorores quas cum nominasset verbo illo generali,*y de todas sus hermanas*,comprehendentes legitimas & naturales cohartauit illam generalitatem ad sorores legitimas,nec oblitus fuit de hac qualitate legiti-

mitatis, respectu dictarum filiarum, & descendentium vocatarũ, & vocatorum modis supra declaratis in hac clausula finali. Nam hanc & omnes alias qualitates supra in alijs substitutionibus requisitas, congrua congruis referendo comprehensit, sub vltimis verbis dictæ clausulæ finalis, ibi: *Guardando siempre dichas condiciones y calidades.* Cum ergo inter alias conditiones & qualitates in superioribus expressatas, vna illarum sit legitimitatis virtute huius clausulæ relatiuæ fuerunt omnes hic declaratæ cæteras propositiones ex eo reijcimus, quia nec probarunt, nec publicarunt, & alias attentis contentis.

Motiua super reuocatio. in eadẽ causa.

ALII vero duo Domini Locumtenentes dicti Domini Iustitiæ Aragonum fuerunt eiusdem voti, qui fuerunt in diffinitiua, iam desuper lata quascumq; pronuntiationes si quæ sunt in contrarium factas reuocando, attentis contentis, & ex eisdem motiuis per eos iam præstitis, & oblatis in dicta diffinitiua iam desuper lata, & eis addendo ex motiuis sequentibus. Et quia dictum censuale, cuius ius habet Reuerendus Ioannes Fanlo fuit impositum ab ipsa domna Maria, sub prætextu soluendi legatum sibi ipse relictum ab ipso don Santio in vim reseruationis in dictis capitulis matrimonialis factæ consimilis, vel maioris quantitatis. Nam etsi verum sit sibi ipsi don Santium reseruasse facultatem, disponendi de dicta quantitate fuit respectu certarum personarum interquas non cedit domna Maria, & per consequens censuale impositum ob solutionem dicti legati, cum non debeatur personæ cui fuit relictum meritô propositionem virtute illius oblatam fore reijciendam duximus. Ex eo autem pronuntiamus, reuocandam fore sententiam, & mandare fieri cõtenta in propositione pro parte Egregij Comitis ex motiuis desuper, per nos in dicta sententia relatis. Ex quibus pro Comite pronuntiandum esse constitit, non obstante vnicô illo fundamento pro parte Don Ioannis Perez de Pomar Liñan & de Heredia, adiecto, nempe verbum masculi, descentes omnes masculos cõprehendere existimans significationem, & comprehensionem di-

cti verbi non esse restringendam cum cartæ sit standum quam restrictionem,& nos quoque respuendá esse affirmamus in præsenti tamen verbum descendentes masculi non restringitur,cum de eius comprehensione in illo vulgari, & controuersiæ quæstione adhuc pax inter Doctores,non sit alij existimarunt in terminis simplicibus omnes indistinctæ comprehendere alij per prius, & proprie tantum masculos ex masculis,licet in proprie , & per posterius cognatos etiam alij distinguentes, qui proximi sunt veritati desumendam propriam, veram, & genuinam comprehensionem dicti verbi à literalibus dispositionis coniecturis arbitrati sunt pro conseruatione igitur significationis dicti verbi , iuxta primam opinionem respuere literã,ibi: *en tal caso*,de cuius comprehensione , & significatione non dubitatur; & negligere iuris præcepta dicentia conditionem in forma specifica adimplendam esse , nunquam visum fuit nobis , nec admittere contrarietatem manifestam,& ineuitabilem,quæ resultat ex conseruatione significationis verbi descendentium masculorum , iuxta primã illam opinionem,nec ad dictam contrarietatem ex litera resultantem, & in motiuis latius consideratam euitandam visum vnquam fuit asserere domnam Mariam,& eius descẽdẽtes masculos ex masculis,& descendentes don Ludouici , & cæterarum sororum per fœminas vocatos fuisse,sub duplici conditione,altera deficientibus masculis ex masculis , altera deficientibus masculis descendentibus,quia in carta tantum legitur vocatam, & vocatos fuisse sub vnica conditione deficiente, nempe masculorum ex masculis, alteram à don Ioanne consideratam persuasiuam supletoriã, & extensiuam esse vnicuique legento apparebit, si vnicuique tamen licitũ est supplere,& extẽdere,non solũ duplicẽ,sed triplicẽ & quadruplicem considerauimus conditionem Doctores, enim considerantes,sub duplici conditione vocatumque esse est in casu in quo quando vltra vocatos alij,a vocatis alieni ponuntur etiã in conditione, quando autem plures fuerint positi in dispositione,& ex eis aliqui tantum in conditione nullus dixit etiam positos fuisse in conditione omnes alios vocatos,ex quo etiam secundum suam opinionem non potest sustineri consideratio duplicis conditionis, nec pro conseruatione significationis nominis descẽ-

den-

dentium masculorum, prout tentauit defendere Don Ioannes visum fuit excludere discretiuam vocationem masculorum descendentiũ per fœminas in vltima clausula claris & expressis verbis factam, prout in motiuis latius; nec visum vnquam nobis fuit verbum, *con las dichas calidades*; de cuius comprehensione nõ dubitatur per modum loquendi disponentis in alijs partibus coangustare, & suam latitudinem intra limitatissimos ancellos reprimere, & si per modum loquendi in alia clausula omnino distincta, & inter diuersas personas, & non vniformiter; vt in motiuis diximus obseruatum, licet verbum, *con las dichas calidades*, de cuius comprehensione nunquam fuit dubitatum coangustare licebit, multo magis ex euidenti contrarietate, & palpabili repugnantia ex continuatione clausulæ, & earundem personarum nominatarum, resultante coangustare, vel proprius declarare significationem verbi descendentium masculorum, alias lubricam, & ambiguam. Tum quia genericum est, tum ex diuersorum opinione, nec vnquam visum fuit admittere partem dispositiuã, nunquam declarari à conditionali; nam secte duæ contrariæ, ex diametro sunt alia sequentium Abbatem dicentium illius opinionem veram esse qui expresse in declaratione a conditionali desumpta loquitur, altera contrarium asserens, inter quas, & alia datur media dicentium opinionem Abbatis procedere sine difficultate quotiescumque personæ positæ in dispositione ponuntur in conditione; Nam tunc iuxta qualitates positas in conditione regulãtur personæ positæ in dispositione; prout in supremis tribunalibus, iam non semel obtentum fuit dispositiuam vocationem genericam, seu ambiguam à conditionali declarari, secundum iuris notissima, & indubitata principia, & passim à Doctoribus receptam, & probatissimam censuram, & alias attentis contentis.

Sig † num mei Antonij de Soria in ciuitate Cæsaraugustæ domiciliati, auctoritateque Regia per totum Regnum Aragonum publici Notarij, ac Regentis principalis vnius ex Scribanijs Curiæ Domini Iustitiæ Aragonum, & eius consilij Secretarij, qui huiusmodi vota & motiua à originali libro dicti Consilij de anno millesimo sexcentesimo decimo octauo, in quo continuata existunt, manu aliena extraxi, & cum suis originalibus bene & fideliter comprobaui, in quorum fidẽ & testimonium pręmissorũ meo solito, quo artis Notarię vtor signo signaui, &c.